4376 I d 12, elen. IV, p. 44 Budae VII. 1519. Proscriptio Georgii Eussii, Nicolai Eussii et alterius Nicolai Eussii, qui more sicario castrum Selniak expilaverunt. Mandatum ad status et ordines regni Hungariae rogatu filiorum Georgii Kastellanffy datum est. Regestum.

4377 IV d 49—32 Budae 9. IX. 1519. Ludovicus rex capitulo Zagrabiensi praecipit, ut rogatu civitatis Montis Grecensis Petro Beryzlo bano et Bernardino comiti de Frangepanibus quasdam litteras praesentet eosque ad congregationem regni evocet. Tr. 27. IX. 1519.

4378 DV-I-76 Budae 11. IX. 1519. (Italice) »Omnes bani Budae« rege profecto et regno destructo equiti Iohanni Radmilovich, »Ungariae primati«, fidem dant quemlibet regnantem, quocumque venerit, privilegia eius conservaturum esse. Cop. saec. XVIII. Falsum.

4379 D-XXV-17 Budae 27. IX. 1519. Ludovicus rex testatur Gasparem Kyssowych et Gregorium Folnoych, castellanos castri Zomzedwar, regi obtemperantes quasdam possessiones Georgio de Bathor, agazonum regis magistro, Francisco de Hederwara, bano Nandoralbensi, et Margarethae, viduae Iohannis Banffy de Bolondoch, restituisse. Or.

4380 IV d 49—32 (Zagrabiae) 27. IX. 1519. Capitulum Zagrabiense Ludovico regi nuntiat se ad eius mandatum dd. 9. IX. 1519. banum Petro Beryzlo et Bernardinum comitem de Frangepanibus ad congregationem regni evocasse. Or. mancum.

4381 D-XXV-18 Budae 9. X. 1519. Ludovicus rex assignationem 200 florenorum in salibus seu in pecunia Laurentio Bradach, cubiculario regio, a Wladislao rege pro servitiis collatam prorogat. Or.

4382 D-XXV-23 Budae 9. X. 1519. Ludovicus rex Iohanni Ernusth de Chaktornya mandat, ut in causa contra Ludovicum Zerechen et Iohannem Gywlay ad iudicium regis veniat. Tr. 26. X. 1519.

4383 D-XXV-23 Budae 9. X. 1519. Ludovicus rex capitulo Budensi praecipit, ut mandatum suum eodem die editum Iohanni Ernusth de Chaktornya exhibeat. Tr. 26. X. 1519.

4384 D-XXV-21 Zagrabiae, 11. X. 1519. Petrus Beryzlo, episcopus Wesprimiensis et banus, capitulo Zagrabiensi praecipit, ut Helenam, uxorem Emerici Bradach de Ladomercz et filiam qd. Lodovici de Peker, in dominium castri Ozthrecz introducat. Tr. 1519.

4385 D-XXV-19 Zagrabiae 11. X. 1519. Paulus Spyryanchiych de Chanyo dimidiam partem castelli Lwpoglaw sorori suae Jeronimae eiusque viro Stephano de Praschowcz, iudici nobilium comitatus Crisiensis, qui in dictum castellum muniendum multum profecit, certis sub condicionibus donat. Or.

4386 D-XIII-123 Budae 12. X. 1519. Laurentius de Wylak, dux Bosnae et iudex curiae regiae, in causa capituli Strigoniensis et Budensis contra Iohannem Ernusth de Chakthornya mota litteras capituli Albensis in eadem causa 8. II. 1512. editas transumit. Or. S.

4387 D-XXV-20 (Zagrabiae) 12. X. 1519. Georgius Termachich iudex, Iohannes Jaszkay iuratus et Georgius Chernetich fiscus oppidi Jasztrebarszka coram capitulo Zagrabiensi intercessionem faciunt Thomae Bakach, cardinali Strigoniensi, qui a capitulo Budensi in possessionem dominii Lipowacz et bonorum Podgoria, damno oppidi Jasztrebarszka, introductus est et etiam memoratum oppidum eiusque castellum a Petro Erdödy de Monyorekerek, Stephano et Wolfagango, filiis qd. Valentini Erdödy de Monyorekerek sibi inscribi fecit. Cop. saec. XVIII.

4388 D-XXXIX-27 (Zagrabiae) 19. X. 1519. Margaretha, vidua Pauli Bwsanych de Bwsana, Emericum Bradach de Ladomercz, ne castrum Ostercz et possessionem Bathyna occupet, coram capitulo Zagrabiensi iuridice prohibet. Tr. 10. VIII. 1574.

4389 D-XXV-22 (Zagrabiae) 21. X. 1519. Iohannes Hans dictus de Glawnycza duas sessiones iobagionum in possessione Jezenowcz Ladislao Sthanizlaw de Zawersya sexaginta florenis pignori datas, eidem Ladislao et Agathae, uxori eiusdem, aliis viginti florenis infra septem annos coram capitulo Zagrabiensi pignori obligat. Or.

4390 D-XXV-23 Budae 26. X. 1519. Capitulum Budense Ludovico regi nuntiat se eius mandatum dd. 9. X. 1519. Iohanni Ernusth de Chaktornya exhibuisse, sed eum propter aegritudinem Budam venire non posse. Or.

4391 D-XXV-24 Rassae 30. X. 1519. Mon. Zg. III 197, nr. 161.

4392 D-XXII-83 Budae 7. XI. 1519. Laurentius de Wylak, dux Boznae et iudex curiae regiae, rogatu Iohannis Ernusth de Chakthornya edit paria litterarum Petri, comitis de S. Georgio, iudicis curiae regiae, 10. XI. 1511. editas, quae causam capitulorum Strigoniensis et Budensis contra Iohannem motam concernunt. His litteris etiam litterae capituli Strigoniensis dd. 24. I. 1507. et 16. IV. 1507. ac Wladislai regis dd. 28. III. 1507. insertae sunt. Or.

4393 D-XXV-21 (Zagrabiae) 1519. Capitulum Zagrabiense testatur se a Petro Beryzlo, bano et episcopo Wesprimiensi, 11. X. 1519. iussum Helenam, uxorem Emerici Bradach de Ladomercz et filiam Lodovici de Peker, in dominium castri Ozthrecz 18. X. 1519. introduxisse et Margaretham, viduam Pauli Bwsanych de Bwsana, quae introductioni contradixerat, in ius evocavisse. Or. mancum.

4394 Sermag. XLVI, elen. IV (Albae) 1519. Sorores Iustina, uxor Pauli Csalovics de Gyurkovecz, et Sophia, uxor Ioannis de Gyula, bona quaedam coram conventu Crucigerorum s. Ioannis Hyerosolimitani domus hospitalis ecclesiae b. Stephani regis inter se dividunt. Regestum.

4395 XXI-2/7 Elenchus archivi arcis Ozail, Brod I 1 1519. Comes Georgius Zriny metas inter Moraviczam superiorem et inferiorem constituit. Regestum e copia.

4396 I d 170, sub C 1519. Petrus Vaik suas portiones in utroque Chehi et Kishaba Stephano et Petro Deshazy 150 florenis vendit. Regestum.

4397 XX-2/11 (elen.), nr. 36 1519. Causa Petri de Konszka de colono quodam in possessione Konszka. Regestum.

4398 D-XXV-25 (Zagrabiae) 12. I. 1520. Capitulum Zagrabiense testatur se a Ludovico rege 30. V. 1519. iussum Iohannem, Stephanum, Franciscum, Nicolaum et Ladislaum, filios qd. Georgii Wythesych de Kamarya ac Georgium et Ladislaum, filios Stephani Wythesych de eadem Kamarya, in dominium possessionum Iwanwerh, Othok, Oreskywerh et dominium portionum possessionum Bertholowschyna et Podrawenye introduxisse. Or. P.

4399 D-XXV-26 In Monte Grecensi 14. I. 1520. Mon. Zg. III 199, nr. 163.

4400 D-XXV-27 Budae 31. I. 1520. Ludovicus rex capitulo Chasmensi mandat, ut executionem sententiae a bano Petro Beriszlo in causa Briccii de Egerwara, episcopi Thininiensis, contra Iohannem Ernusth de Chaktornya latae – ad sequentem generalem congregationem proroget, quia reus, multis negotiis impeditus, in ius venire nequivit. Or. S.

4401 D-XXV-28 Budae 24. II. 1520. Banedictus de Batthyan, thesaurarius regius, subsidium 200 florenorum Iohanni Kastellanfy promittit. Or. S.

4402 D-XX-29 (Chasmae) 24. II. 1520. Vitus Benkowych de Emryhowcz tres sessiones iobagionum, duas in Alsoathak unamque in Felsewathak, Petro de Bogachowcz 33. florenis auri coram capitulo Chasmensi pignori dat. Or. S.

4403 D-XXV-30 Budae 6. III. 1520. Ludovicus rex Iohanni Ernusth de Chakthornya severissime praecipit, ut intra duodecim dies ad se adeat et tot mandata regis neglecta excuset neve processum contra Ludovicum Zerechen et viduam filiosque Iohannis Gywlay prosequatur. Or. S.

4404 D-XXI-112 Budae 30. III. 1520. Laurentius de Wylak, dux Boznae et iudex curiae regiae, capitulo Budensi praecipit, ut Georgium de Mekche, consiliarium regium, in dominium possessionum Manyga (comitatus Nitriensis) et Badacz (comitatus Posoniensis) Emerici et Martini Czobor, qui debitam summam 2000 florenorum Georgio non solverunt, introducat. Tr. 27. IV. 1520.

4405 D-XXV-31 In Cheresnyo 26. IV. 1520. Petrus Beryzlo, banus et episcopus Wesprimiensis, testatur Andream Budor de Budrowcz cum Michaele Budor de eadem Budrowcz coram se compositionem fecisse sub condicione, ut Michael Andreae quandam viam pedestrem in possessione sua Budrowcz traderet, ex adverso autem Andreas Michaeli quadam particula in eadem possessione compensaret. Or.

4406 D-XXI-112 Budae 27. IV. 1520. Capitulum Budense Lodovico regi nuntiat se Georgium de Mekche in dominium possessionum Manyga et Badacz iuxta mandatum iudicis curiae regiae Laurentii de Wylak dd. 30. III. 1520. introduxisse et Felicitatem, viduam Wolfgangi Felsezperger de Wal, eiusque liberos, qui statutioni contradixerunt, in ius evocasse. Or.

4407 DV-II-48 Cathari 10. V. 1520. Coram iudice Francisco Boliza et auditore Antonio Boliza Vuchaz Vecerinovich de Perasto eiusque filius Juro se novam maceriem vineae Tryphonis Dmitras, si vetus corruerit, erigere vel damna resarcire promittunt. Or. cum signo not. P.

4408 D-XXV-33 Budae 11. VI. 1520. Ludovicus rex Gregorio, canonico Budensi, mandat, ut de divisione possessionum qd. Thomae de Drag coram capitulo Budensi suum testimonium praestet. Tr. 18. VI. 1520.

4409 D-XXV-32 Budae 14. VI. 1520. Ludovicus rex Eliae, praeposito ecclesiae de Chorna, eiusque fratri Nicolao Spissich de Japra bona qd. Iohannis et Nicolai Bewenyud de Zkrad Dedin et Trebchicze confert. 3. cop. saec. XVIII (una vid.).

4410 D-XXV-33 (Budae) 18. VI. 1520. Gregorius de Vetere Buda, canonicus Budensis, a Ludovico rege 11. VI. 1520. iussus coram capitulo Budensi de divisione et limitatione possessionum qd. Thomae de Drag in comitatu Bachiensi sitarum inter eius liberos Nicolaum de Drag et Annam, uxorem Laurentii Bradach de Ladomercz, coram Bartholomeo, priore Auranae, et Francisco Beryzlo aliisque arbitris facta ex recordatione rerum testis verum dicit. Or.

4411 D-XXV-34 Budae 2. VII. 1520. Mon. Zg. III 206, nr. 166.

4412 D-XXV-35 Budae 2. VII. 1520. Mon. Zg. III 205, nr. 165.

4413 IV d 52 a-1 et 2 Spalati 23. VII. 1520. (Latine et Italice) Testamentum Valerii de Marulis. 2 cop. saec. XVII, altera vid.

4414 DV-II-49 Venetiis 31. VII. 1520. Thomas Mocenigo, dux Venetiarum, rogatu Blasii militis, Nicolai Bufalo aliorumque »ambassiatorum« Tragurii privilegia communis Tragurii: de bonis secundum statuta civitatis possidendis, de potestate tributi disponendi ad salarium comitis et aliorum officialium, de electione comitis et iudicum, de novis tributis instituendis, de novis fortaliciis faciendis, de potestate domum redeundi eorum, qui tempore belli extra civitatem fuerunt, de datiis solvendis — confirmat. Or. P.

4415 D-XXV-36 (Chasmae) 8. VIII. 1520. Paulus Kerecheny de Kanyafewlde coram capitulo Chasmensi citat litteras a Laurentio de Wylak, curiae regiae iudice, editas, quae testantur Fabianum, filium Mattiae Matheych et pronepotem Valentini de Sabnycza Zenth Iwan, eiusque matrem Dorotheam 1000 florenis mutuum sumptis possessiones suas in comitatu Crisiensi sitas Paulo contulisse, Fabianum vero heredem Pauli institutum esse. Or.

4416 D-XXV-37 In Fyletincz 14. VIII. 1520. Petrus Fynthych de Polyana, iudex nobilium comitatus Crisiensis, et sex arbitri bona qd. Osvaldi de Ebres inter eius liberos Nicolaum Kamandor et Annam, uxorem Iohannis Berdok de Fyletyncz, dividunt. Or. 7 S.

4417 D-XXV-46 Posonii 15. VIII. 1520. Ludovicus rex capitulo Zagrabiensi praecipit, ut Simonem et Gregorium Cherych in dominium possessionum Zenth-Ilona, Lomno et Zenkowcz introducat. Tr. 3. XII. 1520.

4418 D-XXV-38 (Zagrabiae) 18. VIII. 1520. Petrus Bogachowcz et Margaretha, vidua Horwath de Jemrybowcz, statutionem Iohannis et Ludovici Pekri de Peker in bonis Gerwasowcz seu Razynycza coram capitulo Zagrabiensi iuridice prohibent. Or.

4419 D-XXV-39 (Budae) 7. IX. 1520. Iohannes, Georgius et Melchior Kasthellanfy de Zenthlelek statutionem Georgii, episcopi Quinqueecclesiarum, in dominio oppidi Mezewkewsz (comitatus Borosdiensis) coram capitulo Budensi iuridice prohibent. Or. S.

4420 D-XXV-40 Posonii 8. IX. 1520. Ludovicus rex litteras Laurencii de Wylak, ducis Boznae et iudicis curiae regiae, 24. III. 1519. datas, quibus Fabianus, filius Mathei Matheycz, eiusque mater Dorothea Paulo Kerecheny de Kanyafewlde quasdam portiones suas donant, transumit et approbat. Or. P.

4421 I d 12, elen. IV. p. 44 Posonii 27. IX. 1520. Mathias Barachka, prior Auranae, testatur bona Szent-Ivan a qd. bano Petro Berizlo vicebano Emerico Bradach obligata nec ante restitutionem summae pigneris recipi posse. Regestum.

4422 D-XXV-41 (Chasmae) 4. X. 1520. Petrus Bogachowczy de Bogachowcz et Margaretha, vidua Georgii Horwath de Emryhowcz, statutionem Gregorii de Gregoriancz in bonis Gerwasowcz seu Razynycza coram capitulo Chasmensi iuridice prohibent. Or.

4423 D-XXV-42 Budae 6. X. 1520. Litterae Pauli de Warda, thesaurarii regii, quibus Iohanni Castellanfy, aulico huszaroni, respondit se illi summam, quam quaesivit, propter inopiam mittere non posse. Or.

4424 D-XXV-43 Romae 12. X. 1520. Leo X. papa, ut dissensiones ac controversiae evitentur, ordinem statuit, quo vacantes canonicatus et praebendas capituli Zagrabiensis suppleantur. Or.

4425 D-XXV-44 (Chasmae) 16. X. 1520. Iohannes Bayzych de Bayzyncz et Anna, vidua Stephani Fyntbych de Krysano Zelo litteras de praediis Synwuchowcz et Krysano Zelo ac Werhowcz sibi a Paulo Kerecheny de Kanyafewlde restitutas esse coram capitulo Chasmensi declarant. Or.

4426 D-XXV-45 Budae 29. X. 1520. Ludovicus rex Stephanum de Deshaza, administratorem proventuum archiepiscopatus Strigoniensis, praedio Kysperbethe alio nomine Perbethe-Zenth-Myklos in comitatu Comaromiensi sito donat. Or.

4427 D-XXV-46 (Zagrabiae) 3. XII. 1520. Capitulum Zagrabiense testatur se a Ludovico rege 15. VIII. 1520. iussum Simonem et Gregorium Chersych in dominium possessionum Zenth-Ilona, Lomno et Zenkowcz introduxisse. Or. S. P.

4428 DV-II-50 Jadrae 13. XII. 1520. Hieronymus Gori de Senis, decretorum doctor et archiepiscopi Jadrensis vicarius generalis, in causa Petri de Catharo, prioris conventus s. Dominici de Jadra, contra presbyterum Ioannem de Pago et omnes elios presbyteros, qui in domo qd. Petri Jordanich dicto conventui legata habitant, mota, sententiam fert, qua rei monasterio annuatim 6 libras denariorum parvorum solvere debent. Cop. saec. XVII.

4429 Sermeg. XLVI, elen. V 1520. Ludovicus rex causam inter Thomam cardinalem et Franciscum de Hedervara atque Margaretham, viduam Banffy, de bonis olim Andreae Hennigh motam pro cardinali diiudicat. Regestum.

4430 D-XXXVIII-13 Romae 27. I. 1521. Cardinales ex congregatione sua rogatu vicebani regni Croatiae et civium Scardonensium Antonium Grimani, ducem Venetiarum, petunt, ut etiam civibus Scardonensibus, quibus a Turcis periculum portus amittendi imminet, auxilium sclopetariorum militum praestet, cum ipsorum auxilium pecuniae sufficiens non sit. Cop.

4431 D-VII^b-91 Chasmae 29. I. 1521. Simon, episcopus Zagrabiensis, ad preces Iohannis, filii Georgii Pergosych, transumit et confirmat litteras Lucae episcopi Zagrabiensis, dd. 14. III. 1501., quibus litterae Martini de Kachendorf, vicarii temporalis episcopi Zagrabiensis, de venditione praedii in villa Mykwlynch 21. IV. 1406. editae sanciuntur. Or. P.

4432 D-VII^a-127 Chasmae 3. II. 1521. Simon, episcopus Zagrabiensis, privilegia Maioris et Minoris Lupoglav ab Iohanne, episcopo Zagrabiensi, 15. VI. 1388. concessa et ab episcopis eiusdem ecclesiae Eberhardo 9. VII. 1399., Iohanne 6. V. 1423., Osvaldo 22. XI. 1468., Luca 17. III. 1501. (?) confirmata denuo transumit et sancit. E notis additis apparet haec privilegia etiam ab episcopis Zagrabiensibus Mathia Brumano (s. d.) Georgio Draskovich a. 1568., Ioanne Monozloy a. 1579., Caspare Ztankovachky a. 1590., Francisco Erghelio a. 1632. et Martino Borkovich 20. I. 1678. confirmata esse. Or. P. et cop. vid. saec. XIX.

4433 D-XXIII-124 Chasmae 24. II. 1521. Simon, episcopus Zagrabiensis, in congregatione praedialium Chasmae habita litteras capituli Chasmensis de venditione portionum in praedio Bregh 8. VI. 1511. editas transumit et confirmat. Or. P.

4434 I *d* 12, elen. IV, p. 44 In Chevkel (?) III. 1521. Ludovicus rex causam inter Ioannem Kastellanffy de Zentlelek et Michaelem Fekethe, gubernatorem archiepiscopatus Colocensis, qui nobilem Nicolaum Chuty detinuit, prorogat. Regestum.

4435 D-XXV-47 (Zagrabiae) 26. IV. 1521. Margaretha Hennyngh de Zomzedwara, vidua Iohannis Banffy de Bolondos, Gregorio Folnogyewych de Zthwbicza possessionem Lepawcz cum una sessione coram capitulo Zagrabiensi donat. Or. S. P.

4436 D-XXV-48 Zagrabiae 27. IV. 1521. Gregorius Carosius Traguriensis, canonicus ecclesiae Zagrabiensis, primiceriatum ecclesiae Segniensis, quem abdicavit, Michaeli Miletich, civi et canonico Segniensi, coram notario publico donat. Or. cum signo not.

4437 D-XXV-49 3. V. 1521. Franciscus de Hederwara, banus Nandoralbensis, castrum suum Podwaresa (in comitatu de Posega) cum omnibus possessionibus ad id spectantibus Petro Keglewych de Bwsin 3500 florenis coram conventu s. Egidii di Simigio certis sub condicionibus pigneri dat. Or.

4438 D-XXIII-125 In Monte Grecensi 3. V. 1521. Mon. Zg. III 209, nr. 169.

4439 D-XXV-50 et 51 Budae 24. V. 1521. Iohannes Dragffy de Belthewk, tavernicorum magister, ab omnibus litibus contra Barbaram Orzag de Gwth, viduam fratris sui Georgii, nunc vero uxorem Iohannis Ernusth de Chakthornya, motis coram Ludovico rege desistit eamque expeditam dicit. Or.

4440 D-XXV-52 Budae 24. V. 1521. Compositio inter Iohannem Dragfy de Belthewk, tavernicorum magistrum, et Barbaram Orzag de Gwth, viduam Georgii Dragfy de Belthewk, nunc uxorem Iohannis Ernusth de Chakthornya, coram Ludovico rege facta, qua Iohannes Barbarae 1700 solvere et inaures »naspha« dictas dare debeat. Or.

4441 D-XXV-53 Budae 29. V. 1521. Mon. Zg. III 218, nr. 171.

4442 D-XXIII-125 Budae 30. V. 1521. Ludovicus rex privilegia czehae calcariparum, scratorum, fabrorum et gladiatorum a magistratu civitatis Montis Grecensis 3. V. 1521. concessa ac pro czehis selliparum, corigiatorum et aurifabrorum confirmat. Tr. saec. XVII.

4443 D-XXV-75 Budae 31. V. 1521. Ludovicus rex conventui ecclesiae cruciferorum de Alba praecipit, ut Iohannem et Melchiorem Castellanfy de Zenthlelek in dominium omnium bonorum Gregorii de Ews, quae propter maleficia eiusdem ad regem devoluta sunt, introducat. Tr. 23. VI. 1522.

4444 D-XIII-93 (Zagrabiae) 1. VI. 1521. Capitulum Zagrabiense a fratre eremita Georgio de Segnia, priore claustri visitationis s. Mariae in Kamenszka, rogatum transumit litteras 14. II. 1463. de venditione possessionis Senkowecz (in terminis castri Ozal sitae) Mauritio Nolinger editas atque instrumentum notarii 29. IV. 1463. datum, quo idem Mauritius villam Senkowecz eremitis de Kamenszka legat. In transumpto capituli possessio Senkowecz etiam Fratrovecz appellatur. Cop. saec. XVIII.

4445 D-XXV-97 (Chasmae) 7. VI. 1521. Georgius Kerser de Biskupecz Stephano Praschocz omnes portiones suas in Prezechna coram capitulo Chasmensi 100 florenis auri vendit. Tr. post 1659.

4446 D-XXV-54 In Dombro 22. VI. 1521. Simon, episcopus Zagrabiensis, testamentum Stephani de Gudowcz 7. IV. 1521. conscriptum approbat. Or.

4447 D-XXV-55 (Chasmae) 22. VI. 1521. Petrus Bogachoczy de Bogachowcz et familiae Mathiae Themeryey de Themerye, Georgii et Gregorii Horwath de Emryhowcz et Nicolai Gerwas de Gerwasowcz statutionem Iohannis et Ludovici Pekry de Petrowyna in bonis Razynyeza seu Gerwasowcz coram capitulo Chasmensi iuridice prohibent. Or.

4448 D-XXV-56 In Zombathel 14. VII. 1521. Ursula Kastellanffy, vidua Stephani de Zempche, a Iohanne Kastellanffy de Byksad petit, ut se proprio vino iuvet, cum suus eversum sit. Or.

4449 IV d 52a–3 Spalati 14. VII. 1521. Testamentum Marci Maruli, ab ipso 4. I. 1524. coram notario confirmatum. Cop. saec. XVII.

4450 D-XXV-57 In Thethen 27. VII. 1521. Ludovicus rex omnibus Walachis sub castro Ztharigrad praecipit, ut Hieronymo Pethelenych et Gregorio Orlowchych, capitaneis, debitam reverentiam et obedientiam exhibeant. Or.

4451 D-XXV-58 In Polyana 25. VIII. 1521. Petrus Fynthych de Polyana, iudex nobilium comitatus Crisiensis, testatur Stephanum, filium Petri, nepotem vero Dionysii Byaloz de Chehorkowcz, portionem suam cum molis in fluvio Welyka (in comitatu Crisiensi) Georgio Blagonya de Zedlaryowcz eiusque uxori Elizabeth quattuor florenis vendidisse. Or. P.

4452 D-XXV-59 8. IX. 1521. Marcus, provisor de s. Bartholomeo, testatur se ab Andrea Budor, rectorem capellae s. Wolfgangi de Budrowcz ordinatum esse; adducit missas, quas pro anima Andreae celebrare debeat, et bona, quae accepit. E nota a tergo addita apparet Stephanum, plebanum s. Georgii, hoc documentum 5. IX. 1523. confirmavisse. Or.

4453 D-XXV-60 (Zagrabiae) 29. IX. 1521. Georgius de Gregoryancz, viceprotonotarius regni, omnes suas portiones in possessionibus Markowcz, Hegen et Lowrenchewcz (in comitatu Crisiensi sitis) Paulo Kerecheny de Kanyaffewlde, capitaneo Sclavoniae, coram capitulo Zagrabiensi perpetuo donat. Or.

4454 D-XXV-62 In Lwkawecz 14. X. 1521. Mon. Tur. II 489, nr. 279.

D-XXV-61 Quinqueecclesiis 19. X. 1521. Mathias Barach, prior Auranae, donationi, qua Ludovicus rex Simoni Mersich possessiones Zenth Ilona, Lomno et Zenkowcz donavit, consentit ea condicione, ut Simon contra paganos et inimicos prioratui auxilium praebeat. Or. P. = Tr. 1. XI. 1522.

4455 D-XXV-63 (Chasmae) 7. XII. 1521. Lucas Bethwechych de Horzowa eiusque uxor Elizabeth Gywumanychna atque Paulus Kerecheny de Kanyafewlde coram capitulo Chasmensi »concambialem permutationem possessionum« faciunt, qua Lucas et Elizabeth portiones suas in Horzowa (comitatus Crisiensis) sitas cum quadam sessione iobagionali in possessione Hegen, una vinea aliisque quibusdam portionibus Pauli cum additamento 60 florenorum commutant. Or. P.

4456 DC-I-18 In Kuche 1521. Stephanus Chunchich quandam terram suam pignori datam esse fatetur. Or. mancum.

4457 D-XXV-64 In castro Gereben 21. I. 1522. Franciscus de Batchyan banus Ladislaum Erwenczy castellanum castrum suum Gereben sine defectu sibi restituisse confirmat. Or.

4458 D-XXV-65 [Chasmae] 26. I. 1522. Petrus Keglewych de Busin banum Joannem, comitem de Corbavia, qui postquam captivi Turcae se ex carcere in Busin eliberaverunt et idem castrum expugnaverunt, timens ne ex eo maius detrimentum toti regno Croatiae evadat, Turcis incolumibus dimissis castrum ab eis recepit, coram capitulo Chasmensi expeditum dicit. Or.

4459 D-XXV-66 Crisii 30. I. 1522. Ex inquisitione, quam Paulus Kerecheny de Kanyafelde, vicebanus et iudex nobilium comitatus Crisiensis, ad petitionem Andreae Budor de Bwdrowcz contra Stephanum Posegay de Czeroycza-Zenth-Iwan et Barbaram, viduam Gaspari Klobwchych de eadem Zenth Iwan, eiusque filium Johannem fieri iussit, 25. I. 1522. facta apparet accusatos e curia eiusdem petitoris in possessione Iwanowcz sita quosdam asseres vi abstulisse. Or.

4460 D-XXV-70 Budae 19. II. 1522. Ludovicus rex rogatu Johannis Castellanffy de Zenthlelek in causa eius contra Benedictum, plebanum de Marowcha-Zenth-Iwan, huiusque socios de portione quadam in Sydowch mota capitulo Zagrabiensi mandat, ut Benedictum eiusque socios in ius ad congregationem generalem evocet. Tr. 24. III. 1522.

4461 D-XXV-67 Budae 19. II. 1522. Ludovicus rex Annae Dragy, uxori Laurentii Bradach de Ladomercz, omnia bona patris eius Thomae de Draag donat. Or. P.

4462 D-XXV-68 Budae 23. II. 1522. Ludovicus rex omnibus nobilibus praecipit, ut in causa Thomae, archiepiscopi Strigoniensis, contra banum Johannem de Corbavia, qui castrum Kruppa occupavit et reddere obligatus non solum id facere recusavit, sed etiam Turcas induxit et eorum auxilio Emericum Thewrewk de Ennyng, Franciscum Beriszlo de Grabarya et homines ducissae Beatricis, viduae Johannis Corvini, profligavit, sua testimonia Petro Keglewych, bano de Jaycza, praestent. Or.

4463 D-XXV-69 In Lwkawecz 10. III. 1522. Anthonius Pwxarych, filius Michaelis Pwxar de Rokonok, coram Petro, litterato de Zelyna, ac Gregorio Labatheny castellanis se portionem in possessione Mlaka Maiore duasque sessiones iobagionales in eadem et quasdam terras arabiles Thomae Krupych de Mlaka 40 florenis vendidisse confirmat. Or. P.

4464 D-XXV-70 [Zagrabiae] 24. III. 1522. Capitulum Zagrabiense bano Iohanni, comiti Corbaviae, nuntiat se Benedictum, plebanum de Marowcha-Zenth-Iwan, eiusque socios iuxta mandatum Ludovici regis dd. 19. II. 1522. in ius evocasse. Or.

4465 D-XXV-71 [Zagrabiae] 15. IV. 1522. Margaretha, vidua Johannis Banffy de Bolondos, filia qd. Johannis Hennyngh de Zomzedwara, Stephano ac Petro Dushaza, a quibus 6340 florenos ad castra Zomzedwara et Selyn restauranda mutuavit, castellum et districtum Inferioris Zthwbyczae et Berdowcz (com. Zagr.) coram capitulo Zagrabiensi oppignerat. Or. P.

4466 D-XXV-72 Zagrabiae 15. IV. 1522. Johannes Torquatus, comes Corbaviae, capitulum Chasmense inquirere iubet, num Johannes Kosarczky de Kolowrath, Mathko Horwath, castellanus castri Rokonok, et Petrus litteratus de Hozzywegh, officiales Georgii, marchionis Brandenburgiensis, Petro Bokachozy de Bokachowcz varia maleficia intulerint. Tr. 6. V. 1522.

4467 DV-II-42 Chersi 26. IV. 1522. Petrus Cuchich Antonii vineam cum terreno in contrata de Gradische cum vinea et domo Antonii qd. Marci Muscardini in contrata Vodice 8. III. 1518. permutavit. Victor Bragadenus, comes Chersi et Auseri, instrumentum permutationis validum esse declarat. Annus 1508. propter sextam indictionem in a. 1518. corrigendus est. Or. cum signo not. P.

4468 DV-II-51 Jadrae 28. IV. 1522. Hieronymus Bavagninus domum in cittadella Jadrae sitam a Philippa, vidua Vlatch, monasterio s. Dominici legatam tradit. Cop. saec. XVII.

4469 I d 22, elen. IV, p. 45. IV. 1522. Ramus generationis Adami Kastellanffy feminei sexus descendentium. Regestum.

4470 D-XXV-72 [Chasmae] 6. V. 1522. Capitulum Chasmense testatur ex inquisitione a bano Johanne Torquato 15. IV. 1522. iussa de maleficiis a Johanne Kosarczky de Kolowrath, capitaneo Georgii marchionis Brandeburgiensis, et Mathkone Horwath, castellano castri Rokonok, nec non Petro litterato de Hozzywegh, Petro Bokachoczy de Bokachowcz illatis 27. IV. 1522. habita constare querelam veram esse, quare reos ad congregationem regnicolarum Crisii evocatos esse. Or.

4471 DV-II-52 Cathari 9. V. 1522. Aloysius Capello, rector et provisor Cathari, in causa inter Giurum Pethcovich et eius sororem Danizam Jurouan statuit, ut haec possessionem a Giuro emptam, quam nonnullis annis tenuit, eidem restituat. Or. P.

4472 D-XII-90 [Zagrabiae] 12. V. 1522. Capitulum Zagrabiense a Nicolao presbytero Plepelich de Plezzo, plebano ecclesiae b. Virginis in Granosina Polya, eiusque fratre et nepotibus rogatum transumit:
1) litteras Emerici, filii Pauli, filii Jacobi de Kurilloez, comitis terrestris campi Zagrabiensis, Zagrabiae 11. III. 1454. datas, quibus Urbanum, filium Petri de Inferiore Lomnicza, quandam vineam in villa Kosztanyevecz filiis Thomae cognominati Kungych de Lukavecz, vendidisse testatur;
2) litteras Thomae filii Pauli de Voinoecz, comitis terrestris campi Zagrabiensis, Zagrabiae 20. V. 1454. datas, quibus filios Thomae de Lukavecz Kyungychy dicti quandam vineam suis iobagionibus donavisse testatur;

3) litteras Stephani Beriszlavics, capitanei castri Medve-Rakonog et Lukavecz, et Georgii de Ebres, supani et comitis terrestris campi Zagrabiensis, in Lukavecz 12. II. 1509. datas, quibus testatur Georgium Suppanics quandam sessionem iobagionalem in Kostanyevecz Gregorio Plepelich vendidisse et in eam Gregorium statutum esse. Cop. saec. XVIII.

4473 D-XXV-73 21. V. 1522. Anna, filia qd. Thomae Dragy de Feleghaz, uxor Laurentii Bradach de Lodomerchy, cubicularii regii, fratrem suum Nicolaum coram capitulo Boznensi iuridice prohibet, ne possessiones in Bachiensi comitatu, quae Annam iure avitico concernunt, Margarethae Thardy, sue uxori, eiusque fillis donet. Or.

4474 D-XVII-89 [Zagrabiae] 23. V. 1522. Capitulum Zagrabiense a Blasio Kozthozykowych de Dwhrawycza rogatum transumit litteras suas 1. VII. 1385. datas, quibus Johannes, abbas monasterii de Thoplica, tres villas abbatiae Nicolao Thotar obligavit; nec non litteras Valentini Kerlyewachky, iudicis nobilium, Blynniae a. 1487. datas, quae Benedictum Thotharych sororio Georgio Kozthozykowych quandam sessionem donavisse testificantur. Or. P.

4475 D-XXV-74 Crisii 15. VI. 1522. Paulus Kerechen de Kanyafewlde vicebanus ac iudices nobilium comitatus Crisiensis testantur Petrum Fynthych de Polyana iudicem rogatum Georgii Blagonya de Zedlaryowcz eiusque sociorum Paulum Grexych de Grexynch ammonuisse, ut possessionem Cheberkowcz pignoris titulo ab eo habitam, pecuniis prius acceptis, exponentibus restitueret; sed cum id facere recusasset, prohibitum esse, ne eam retineret. Or.

4476 D-XXV- [Albae] 23. VI. 1522. Conventus cruciferorum domus hospitalis ecclesiae b. regis Stephani de Alba Ludovico regi nuntiat, cum de mandato regis dd. 31. V. 1521. Johannem et Melchiorem Castellanfy de Zenthlelek in dominium possessionis Cselecz in comitatu de Baranya 29. V. 1522. introducere voluisset, vicepalatinum Johannem de Gethye ei introductione contradixisse, quare eum in ius ante regem ad 6. X. 1522. vocatum esse. Or.

4477 D-XXV-94 Budae 28. VI. 1522. Margaretha, vidua Johannis Banffy de Bolondos, filia vero Johannis Hennyngh de Zomzedwara, a Stephano et Petro de Deeshaza 4560 florenos coram Ludovico rege mutuos accipit promittens eos usque ad terminum constitutum restituere, alioquin creditorem in dominium castri Zthwbycza introire posse. Tr. 25. IX. 1533.

4478 D-XXV-76 Quinqueecclesiis 15. VII. 1522. Johannes litteratus, filius Georgii de Wynowcz, suo ac nomine filiorum Margarethae, uxoris Michaelis sartoris de Hegen, apud capitulum Quinqueecclesiarum intercessionem faciunt Stanislao, presbytero de Horzowa alio nomine Markowcz, ne alienet, contra Paulum Kerecheny de Kanyafewlde aliosque quoslibet, ne emant quasdam portiones de possessionibus Markowcz, Hegen, Kwbyle, Wythkowcz et Ladynyncz in comitatu Crisiensi sitis. Or.

4479 D-XXV-77 Budae 25. VIII. 1522. In causa contra Johannem, comitem Corbaviae, qui Turcarum auxilio exercitum Emerici Thewrewk de Ennyng sub castro Mwthnycza profligavit, Ludovicus rex rogatu Petri Keglewych de Bwsyn, bani castri Jayczensis, Johanni Banffy de Lyndwa mandat, ut litteras de concordia inter comitem Johannem et Emericum Thewrewk inita petitori tradat. Or.

4480 D-XXV-78 Budae 20. IX. 1522 Stephanus de Bathor, palatinus et regis locumtenens, bano Joanni Torquato, comiti Corbaviae, praecipit, ut Joannem de Egerwara, qui a Michaele Imreffy de Zerdahel ex possessione Waswarowcz, quam a fratre qd. Briccio de Egerwara, episcopo Tininiensi, hereditate acceperat, vi eiectus est, in eius dominium reducat eumque protegat. Or.

4481 D-XXV-79 6. X. 1522. Petrus Wragowych de Mariassowcz, Petrus de Konzka, Gaspar Lambergar, castellanus castri Ozel, et ceteri nobiles et iudices nobilium comitatus Warasdiensis testantur septem nobiles arbitros in reambulatione metarum bonorum inter Gasparum Stbumberg de Chazarwara ac Vincentium et Gregorium de Gregurowcz concordiam fecisse. Or. P.

4482 D-XXV-80 Chasmae 16. X. 1522. Balthasar Hobethych de Dobowcz, vicarius generalis episcopatus Zagrabiensis, in causa inter colonos iobagiones in Wgra, Czerje, Bwdyncz, Ebres et Seryavyncz silvam Mokricza reambulat et limitat. Hae litterae ab episcopis Zagrabiensibus: Georgio Draskowych bano, Caspare Ztankowachky 24. IV. 1591. et Francisco Erghelio 1633. ac Francisco Thausy 25. III. 1756. confirmatae sunt. Or. P. S.

4483 D-XXV-97 In Sabnicza Szent-Iuan 18. X. 1522. Catharina, vidua Antonii de Preszechna, filia Augustini de Blizna, Stephano de Praschocz quandam sessionem desertam in curia Mihalicza 5 florenis auri coram Petro Fintich de Polliana, iudice nobilium comitatus Crisiensis, vendit. Tr. cop. post 1659.

4484 D-XXV-81 Pragae 1. XI. 1522. Ludovicus rex litteras Mathiae Barach, prioris Auranae, Quinqueecclesiis 19. X. 1521. datas confirmat; hiis litteris Simon Mersich a Mathia bonis Zenth Ilona, Lomno et Zenkowcz (com. Zagrab.) donatus prioratui in periculis auxilium praebere se obligat. Or. P.

4485 D-XXV-82 Crisii 21. XI. 1522. Paulus Kerecheny de Kanyafelde, vicebanus et iudices nobilium comitatus Crisiensis testantur Michaelem Cbwkecz, iobagionem Andreae Budor de Budrowcz in Wezelowcz, qui a Barnaba Berlek Drwganych de vi et nece Gywrkonis Plaskowyvh insimulatus est, ex sententia proborum virorum et Petri Fekethe de Zazowcz, iudicis nobilium, 12. XI. 1522. in claustro Franciscanorum sancti Stephani in Gorbonok se insontem esse iuravisse. Or.

4486 D-XXV-83 Crisii 5. XII. 1522. Petrus Kerecheny de Kanyafelde vicebanus et iudices nobilium comitatus Crisiensis testantur Petrum Gwdchych, iobagionem Andreae Budor de Budrowcz, in oppido Gorbonok ante ostium claustri b. Stephani »tertio se hominibus sibi similibus« coram Petro Fekethe de Zazowcz, iudice nobilium, iurasse se furti in matre Nicolai Persathich, iobagionis Johannis de Thah, cuius ab hoc insimulatus est, innocentem esse. Or.

4487 D-XXV-84 Crisii 5. XII. 1522. Paulus Kerecheny de Kanyafelde vicebanus et iudices nobilium comitatus Crisiensis testantur Petrum Gwdchych, iobagionem Andreae Budor de Budrowcz, qui a Martino Roklych, iobagione Johannis de Thah, hunc vulnerasse insimulatus est, in oppido Gorbonok ante ostium claustri b. Stephani »tertio se hominibus sibi similibus« coram Petro Fekethe de Zazowcz, iudice nobilium, se insontem esse iuravisse. Or.

4488 D-XXXVIII-14 Pragae 6. XII. 1522. Ludovicus rex capitulum Zagrabiense de rebus argenteis et clenodiis Joannis Corvini ducis Georgio, marchioni Brandenburgensi, restitutis expeditum dicit. Cop.

4489 D-XXV- 85 Crisii 8. XII. 1522. Paulus, filius Georgii Kerechen de Kanyafelde, eiusque uxor Dorothea, proneptis Petri Adamoych de Zenthlelek, cum aliis propinquis coram Laurentio de Wylak, curiae regiae iudice, compositionem faciunt, qua omnes controversiae de iuribus possessionariis inter se ortae a probis viris nobilibus decernantur, possessiones autem Georgii de Bathyan post mortem eiusdem ad se devolutae aequalitaer dividantur. Or.

4490 D-XXV-86 [Chasmae] 11. XII. 1522. Stephanus Nowachky de Gora possessionem Psanyam (com. Zagreb.) Georgio Gywrchynych eiusque filio Wolfgango 32 florenis coram capitulo Chasmensi vendit. Or. P. S. et cop. saec. XVII.

4491 B II Var. 32 Tragurii 11. XII. 1522. Petrus Landus, capitaneus generalis maris, mandat, ut Nicolaus de Andreis, nobilis Tragurinus Spalati habitans, pro vero nobile Spalati agnoscatur. Cop.

4492 D-XXV-87 Crisii 14. XII. 1522. Paulus Kerecheny de Kanyafelde vicebanus testatur ex inquisitione rogatu Johannis Castellanffy de Zenthlelek 9. XII. 1522. facta apparere Michaelem Petrowych eiusque filium Georgium, castellanos Johannis de Zapolya in castro Kywar et provisores possessionis Bagyanowcz, in possessione exponentis Dobnycza multas rapinas commisisse. Or.

4493 D-XXV-88 Crisii 15. XII. 1522. Paulus Kerecheny de Kanyafewlde vicebanus et iudices nobilium comitatus Crisiensis testantur ex inquisitione rogatu Johannis Kastellanffy de Zenthlelek facta apparere quendam huius iobagionem a hominibus Johannis de Zapolya, woywodae Transilvaniensis, e possessione Gradyscha vi abductum, exponentem vero ipsum prohibitum esse, ne id iniuste esse demonstraret. Or.

4494 D-XXV-93 [Chasmae] 20. XII. 1522. Johannes Torquatus de Corbavia banus capitulo Chasmensi praecipit, ut in causa Andreae Bwdor contra Johannem de Tah, qui iobagionibus Andreae in possessione Vezelowcz vim intulit et eos furatus est, inquisitionem faciat. Tr. 21. I. 1523.

4495 D-XXV-91 [Chasmae] 23. XII. 1522. Johannes Torquatus capitulo Chasmensi praecipit, ut Johannem de Tah, patronum ecclesiae b. Ladislai regis, admoneat, ut pecuniam, qua Andreas Bwdor de Bwdrowcz eidem ecclesiae quandam particulam terrae pignori obligavit, accipiat et eam particulam Andreae restituat. Tr. 21. I. 1523.

4496 D-XXV-92 [Chasmae] 24. XII. 1522. Johannes Torquatus banus capitulo Chasmensi praecipit, ut in causa Andreae Bwdor de Bwdrowcz contra Johannem de Tah de damnis in eius possessionibus illatis accusatum inquisitionem faciat. Tr. 21. I. 1523.

4497 D-XXIII-126 [Chasmae] 29. XII. 1522. Johannes Torquatus, comes Corbaviae et banus, capitulo Chasmensis praecipit, ut Andreae et Michaeli Budor de Budrowcz ex sacristia vel conservatorio Chasmensi edat paria litterarum bani Emerici de Peren dd. 17. XII. 1512., quibus Johannes Ernusth de Chakthornya propter violentam occupationem bonorum Felsew – et Also Chapalowcz in ius vocatus est. Tr. 2. I. 1523.

4498 D-XXV-89 [Chasmae] 1522. Michael Zeklych de Koren coram capitulo Chasmensi testatur Paulum Kerecheny de Kanyafewlde vicebanum res e curia in Koren ablatas reddidisse. Or.

4499 Sermag. XLV elen. 12 1522. Simon, episcopus Zagrabiensis, praedium Parussovts Francisco Path pro fidelibus servitiis donat. Regestum.

4500 Sermag. XLV elen. 11 1522. Stephanus de Bathor palatinus mandatum de subsidio contra Turcas dando edit. Regestum.

4501 Sermag. XLV elen. 10 1522. Beatrix a Frangepan, vidua Johannis Corvini, possessionem Pozdussevcze Antonio Klonits pro fidelibus servitiis donat. Regestum.

4502 Sermag. XLVI elen. II E. Z. 1522. Zdonmann quidam testatur Ladislaum Erivonte (?) sibi quandam pecuniam solvisse. Regestum Germ.

4503 Sermag. XLVI elen. V 1522. Petrus Erdödy executores testamenti Sophiae Thuz a dilapidatione bonorum eiusdem iuridice prohibet. Regestum.

4504 Sermag. XLVI elen. IV 1522. Ludovicus rex Annae, filiae Francisci de Haraszt, viduae Michaelis de Pakos, praecipit, ut Casparem et Ladislaum, filios Paxi a Sophia de Batthyan, vidua Francisci, de quadam re accusatos in iudicium regis evocet. Regestum.

4505 XXI 2/3 elen. G. Jellachich nr. LXXX 64 1522. Antonius Pusanich omnes suas possessiones in Nagy Mlaka Paulo Krupich coram comite terrestri impignorat. Regestum.

4506 XXI 2/11 elen. nr. 247 1522. Joannes Peker eiusque uxor Elisabeth nata Gudovcz Joanni Pastrovics de Jurszovecz et eius uxori Catharinae tres sessiones iobagionales in Koren (com. Cris.) pignori obligat. Regestum.

4507 I d 170 sub B 1522. Petrus Keglevich fassionem suam, qua castrum Busin impignoravit, coram comite Corbaviae revocat. Regestum.

4508 I d 170 sub P 1522. Franciscus de Hedervar castrum Podvarsa Petro Keglevich 3000 flor. cedit. Regestum.

4509 I d 170 sub V 1522. Ludovicus rex portionem Balthasaris Alapi in castris Vranograd et Posvisd (com. Zagrab.) »per notam infidelitatis amissam« Petro Keglevich donat. Regestum.

4510 D-XXIII-126 [Chasmae] 2. I. 1523. Capitulum Chasmense litteris Johannis Torquati, comitis Corbaviae et bani, Chasmae 29. XII. 1522. datis iussum Andreae et Michaeli Budor de Budrowcz, heredibus possessionum Felsew- et Also Chapalowcz, edit paria litterarum Emerici de Peren, palatini et bani, in Kothnyak 17. XII. 1512. datarum, quibus Johannes Ernusth de Chakthornya de vi accusatus in ius vocatus est. Or.

4511 D-XXIV-111 [Zagrabiae] 2. I. 1523. Petrus Erdewdy Ludovicum regem, ne castra Zomzedwara et Selyn Francisco de Batthyan donet, coram capitulo Zagrabiensi iuridice inhibet. Tr. 6. XI. 1590.

4512 D-XXV-90 [Zagrabiae] 12. I. 1523. Capitulum Zagrabiense a Thoma litterato, scriba civitatis Montis Grecensis, rogatum Gregorio Folnegowych, castellano castri Zomzedwara, edit par litterarum Ludovici regis Budae 16. VI. 1519. datarum, quibus castellani qd. dominae Sophiae Thwz, viduae Andreae Henyngh, de cuius bonis multi litigabant, castella cuiquam tradere vetantur, antequam iudicium regium de eis decreverit; documenta de eis palatino Stephano de Bathor mittere iubentur. Or.

4513 D-XXV-93 [Chasmae] 21. I. 1523. Capitulum Chasmense bano Johanni Torquato de Corbavia nuntiat se iuxta eius mandatum dd. 20. XII. 1522. inquisitionem fecisse, ex qua apparere Johannem de Thah iobagionibus Andreae Bwdor in possessione Wezelowcz vim intulisse, quare reum in ius Crisium 13. I. 1523. evocatum esse. Or.

4514 D-XXV-92 [Chasmae] 21. I. 1523. Capitulum Chasmense testatur ex inquisitione a bano Johanne Torquato litteris dd. 24. XII. 1522. iussa et 25. XII. e. a. facta apparere Johannem de Tah in possessionibus Bwdrowcz et Vezelowcz Andreae Bwdor re vera multa damna intulisse, quare reum in ius evocatum esse. Or.

4515 D-XXV-91 [Chasmae] 21. I. 1523. Capitulum Chasmense Johanni Torquato bano nuntiat se iuxta eius mandatum dd. 23. XII. 1522. Johannem de Thah, patronum ecclesiae b. Ladislai regis, ammonuisse, ut pecuniam, qua Andreas Bwdor de Bwdrowcz quandam suam particulam eidem ecclesiae pignori dederat, reciperet eandemque particulam remitteret. Or.

4516 D-XXVI-4 Crisii 23. I. 1523. Johannes Torquatus banus capitulo Chasmensi praecipit, ut Elisabetham, *filiam* Stephani de Gwdowcz, uxorem Johannis de Pekr, in dominium possessionis Krayethyn, quam Antonius de Kopynecz Stephano pignori obligavit, introducat. Tr. 4. II. 1523.

4517 D-XXVI-3 Crisii 31. I. 1523. Paulus de Pwhakowcz et Andreas de Myrkowcz *nomine fratris sui Johannis* coram bano Johanne Torquato omnes *lites de* possessione Cyglenycza (com. Varasd.) ortas arbitrio sex proborum virorum compossituros esse consentiunt. Or. et cop.

4518 D-XXVI-4 [Chasmae] 4. II. 1523. capitulum Chasmense bano Johanni Torquato nuntiat, cum iuxta eius mandatum dd. 23. I. 1523. Elisabetham, filiam Stephani de Gwdowcz, uxorem vero Johannis de Pekr, in dominium Krayethyn, quam *Antonius de* Kopynecz Petro *Gwdowcz eiusque filio Stephano*, patri exponentis, pignori obligavit, introducere conatum esset, Ursulam, viduam Nicolai Zekel de Dobrakwthya contradixisse, quare eam in ius vocatam esse. Or.

4519 D-XXVI-5 Crisii 5. II. 1523. Mon. Zg. III 224, nr. 177.

4520 D-XXVI-6 Quinqueecclesiis 5. II. 1523. Stanislaus presbyter Hegen dictus de Horzowa seu Markowcz Paulum Kerecheny de Kanyafewlde coram capitulo Quinqueecclesiensi accusat, quod pro venditis possessionibus Horzowa seu Markowcz, Sabnycza, Jaxahyda, Hege-Zenth Maria, Gwdowchyna, Pwnwkowschyna et Walethowschyna (com. Cris.) summam 100 florenorum sibi non persolverit. Or.

4521 D-XXVI-7 *Crisii* 8. II. 1523. Paulus Kerechen de Kanyafewlde vicebanus et iudices nobilium comitatus Crisiensis testantur ex inquisitione rogatu Georgii Blagonya de *Zedlaryowcz* facta apparere Elenam Mykwsychna, »*inquilinissam*« Petri Lenardych de Bedowcz seu Adamowcz, domos Bricctii, iobagionis exponentis, »igne concremavisse«, quare ream »usque iuris administrationem prohibitam esse«. Or.

4522 D-XXVI-11 Crisii 8. II. 1523. Johannes Torquatus banus capitulo Chasmensi praecipit, ut Fabianum, filium qd. Mathiae Matheycz de Sabnycza Zenth-Iwan, in dominium *portionis Gothowschyna* introducat. Tr. 2. III. 1523.

4523 D-XXVI-8 Crisii 15. II. 1523. Paulus Kerecheny de Kanyafewlde possessionem suam in Sabnychycza et Johannes, aliter Jane dictus, de Lazkowcz possessionem suam Rodomorcz et Bressancz coram Laurentio de Wylak, duce Boznae et curiae regiae iudice, vicissim permutant. Or.

4524 D-XXVI-9 [Chasmae] 17. II. 1523. Georgius de Banchewcz cum sociis statutionem Pauli Kerecheny de Kanyaffewlde in dominium possessionum Markowcz, Lowrenthewccz, Ladyncz, Sabnychycza, Hegen et portionis thelonii Jagynhyda coram capitulo Chasmensi iuridice prohibent. Or.

4525 D-XXVI-10 In monasterio supra Budam 24. II. 1523. Johannes, ordinis fratrum eremitarum s. Pauli primi eremitae prior generalis, magistrum Petrum Nyrew de Pesth ob devotionem et merita in confraternitatem ordinis suscipit. Or.

4526 D-XXVI-13 Budae 27. II. 1523. Stephanus de Bathor, palatinus et regis locumtenens, capitulo Albensi praecipit, ut Sigismundum Banffy de Also Lyndwa et Johannem Zewke sive Balassa de Fewlchwch, qui bona Michaelis Emrehffy de Zerdahel in comitatibus Zaladiensi et Castri Ferrei populati sunt, in ius evocet. Tr. 24. IV. 1523.

4527 D-XXVI-13 Albae 30. II. 1523. Capitulum Albense Stephano de Bathor palatino nuntiat se iuxta eius mandatum dd. 27. II. 1523. Sigismundum Banffy de Also Lyndwa et Johannem Zewke sive Balassa de Fewlchwch a Michaele Emrehffy de populatione quorundam bonorum accusatos in ius evocavisse, sed reos mandato oboedire noluisse. Tr. 24. IV. 1523.

4528 D-XXVI-11 [Chasmae] 2. III. 1523. Capitulum Chasmense a bano Johanne Torquato, comite Corbaviae, litteris Crisii 8. II. 1523. datis iussum Fabianum, filium qd. Mathiae de Sabnycza Zenth Iwan, in dominium portionis Gothowschyna hereditate acquisitae 15. II. 1523. nemine contradicente introducit. Or. P.

4529 D-XXVI-12 Pechwaradini 23. III. 1523. Johannes et Gregorius Schapecz de Wynarcz et Nicolaus sartor de Hegenowa coram conventu monasterii Pechwaradiensi procuratores suos constituunt. Or.

4530 D-XXVI-13 Budae 24. IV. 1523. Cum Sigismundus Banffy de Also Lyndwa et Johannes Zewke sive Balassa de Fewlchwch, qui bona Michaelis Emrehffy de Zerdahel in comitatibus Zaladiensi et Castri Ferrei tamquam praedones populati sunt, a Stephano de Bathor, palatino et regis locumtenente, litteris Budae 27. II. 1523. datis iussi et a conventu ecclesiae cruciferorum de Alba mandato eiusdem eodem loco et die ammoniti, ut e litteris huius conventus Albae 30. II. e. a. datis colligitur, in iudicium non venerint, palatinus eos 25 marcis gravis ponderis et ad damnum resarciendum condemnat; quam sententiam ut exequatur, eidem capitulo mandat. Or.

4531 D-XXVI-14 Crisii 26. IV. 1523. Paulus Kerecheny de Kanyafewlde vicebanus ac iudices nobilium comitatus Crisiensis testantur ex inquisitione rogatu Petri Keglewych de Bwsyn facta apparere Michaelem Petrowych de Thyzowcz, castellanum castri Kewwar, iussu domini eius Johannis de Zapolya, waywodae Transsilvanensis, cum plurimis hominibus exponentem iter Budam ad regem facientem invasisse, multos eius homines vulnerasse, unum vero occidisse; exponentem ipsum, cuius equus transfixus mortuus corruerit, vix mortem effugisse. Or.

4532 D-XXVI-15 [Chasmae] 1. V. 1523. Bernardus et Johannes Thompych de Zychan coram capitulo Chasmensi dimidiam partem cuiusdam castelli et possessionum in comitatu Zagrabiensi 1000 florenis mutuum sumptis sub quibusdam condicionibus pignori dant. Or.

4533 D-XXVI-99 In Thopozka 16. V. 1523. In causa Petri de Hrwssowcz contra Matheum et Nicolaum de Hrwssowcz de eadem possessione Andreas Thwskanich, abbas de Thopozka sententiam fert, qua accusati actori dimidiam partem possessionis, 50 marcis additis, reddere debeant. Tr. 11. III. 1525.

4534 D-XXVI-16 Budae 29. V. 1523. Ludovicus rex bano Johanni Torquato praecipit, ut Margaretham Horwath, Ursulam de Themerye et Martham de Bogacho, filias qd. Nicolai Gerwas de Gerwasovcz, quarum bona paterna Gerdasowcz seu Razynycza Ludovicus et Johannes Pekry de Peker vi occupaverunt, omni modo in dominium reintroducat. Or.

4535 D-XXVI-17 Budae 29. V. 1523. Ludovicus rex ad petitionem Viti de Emrehowcz et Margarethae, viduae Georgii Horwath, nec non Ursulae, Mathiae de Themerye uxoris, ac Marthae, Petri de Bogacho uxoris, filiarum vero Nicolai Gerwas de Gerwassowcz, qui Ludovicum et Johannem Pekry de Peker iniustae possessionum Farkas Thelek, Pwrzekowalezyna, Okol, Gaychazela et Globoch Kychrath usurpationis insimulaverunt, Johanni Torquato bano praecipit, ut inquisitione facta petitores in dominium earundem possessionum introducat eosque contra quoslibet impetitores tueatur. Or.

4536 D-XXVI-18 Zagrabiae 2. VI. 1523. Mon. Zg. III 227, nr. 180, ubi falso 3. VI.

4537 D-XXIV-111 Budae 3. VI. 1523. Ludovicus rex concordiam inter Ladislaum Benchyk de Czyrkwennyk eiusque uxorem Christinam et Johannem Thompa de Horzowa coram bano Petro de Beryzlo 29. I. 1514. Crisii factam, qua Ladislaus, si prolem non habuerit, Johanni possessiones Phylypowcz, Iwanowcz, Blaccza seu Bogarassowcz et Mathewssowcz in comitatu Crisiensi donavit, confirmat. Or. P. S.

4538 D-XXVI-19 Budae 8. VI. 1523. Ludovicus rex bano Johanni Torquato praecipit, ut causam Margarethae, viduae Georgii Horwath, Marthae de Bogachow et Ursulae de Themerye, filiarum qd. Nicolai Gerwas de Gerwassowcz, contra Ludovicum et Johannem Pekry diiudicet, et si petitiones exponentium verae sint, eas denuo in dominium possessionum paternarum Gerwassowcz seu Razynycza introducat. Or.

4539 D-XXVI-20 Budae 26. VI. 1523. Ludovicus rex capitulo Zagrabiensi praecipit, ut Margaretham, filiam qd. Johannis Hennyngh de Zomzedwara et viduam Banffy filiamque eius puellam Annam ac Stephanum Deshaza, socrum eiusdem, in dominium bonorum Zomzedwara, Selyn, Berdocz, Zthobnyk, Krawarczka, utriusque Chyche et Zthubiczae inferioris, contradictione Johannis Dragffy et Petri Erdödy non obstante, introducat. Or. mancum.

4540 D-XXVI-21 Budae 27. VI. 1523. Ewfrosina, vidua Georgii Kastellanffy de Zenthlelek, coram comite Laurentio Wylak, iudice curiae regiae, suos procuratores constituit. Or.

4541 D-XXVI-22 Budae 28. VI. 1523. Margaretha, vidua Johannis Banffy de Bolondos, filia qd. Johannis Hennyngh de Zomzedwara, coram Ludovico rege profitetur se a genero suo Stephano de Deshaza 400 florenos mutuos sumpsisse, quos si ad 11. XI. e. a. non reddiderit, eum castellum Zthwbycza cum pertinentiis occupare posse. Or.

4542 D-XXVI-23 [Chasmae] 1. VII. 1523. Vitus Adamowych de Emryhowcz 3 sessiones iobagionales desertas in possessione Maryassowcz (com. Cris.) Petro de Bogachowcz eiusque uxori Marthae 31 flor. coram capitulo Chasmensi vendit. Or. P. S.

4543 D-XXVI-24 In Terra Fluminis s. Viti 1. VII. 1523. Inventarium rerum mobilium monasterii eremitarum s. Augustini in Terra Fluminis s. Viti ab Eustachio, vicegerente Johannis Offlivar, capitanei loci, et Casparo Simeonich, iudice 1. VII. 1523. confectum et a Johanne Barberich, presbytero et notario, confirmatum. Or.

4544 D-XXVI-25 Budae 3. VII. 1523. Ladislaus de Rathka coram Laurentio de Wylak, duce Boznae et iudice curiae regiae, profitetur 1300 florenos in auro puro et 700 florenos in monetis currentibus, quos Mathias Barathy, prior Auranae, Emericus Bradach de Ladomerch, vicebanus Sclavoniae, et Balthasar, filius qd. Balthasaris senioris de Batthyan, ei debebant, sibi ab eis solutos esse eos que expeditos dicit. Or.

4545 D-XXVI-26 Budae 8. VII. 1523. Ludovicus rex rogatu Pauli Kerecheny de Kanyafelde, vicebani Sclavoniae, inquisitionem contra Michaelem Imreffy de Zerdahel fieri iubet, qui possessiones Wassarowcz et Marganowcz Johanni Egerswary, fratri qd. Briccii, episcopi Tininiensis, rapuit eiusque gubernatores crudeliter interfecit. Or.

4546 D-XXVI-27 Budae 8. VII. 1523. Mon. Zg. III 228, nr. 181.

4547 D-XXVI-50 Budae 8. VII. 1523. Ludovicus rex capitulum Chasmense inquirere iubet, num Michael Imreffy de Zerdahel possessiones Waswarowcz et Marganowcz ab Johanne Egerwary, fratre qd. Briccii, episcopi Tininiensis, rapuerit eiusque gubernatores interemerit. Tr. 1523.

4548 D-XXVI- Budae 10. VII. 1523. Ludovicus rex Petro Keglewych de Bwsynbano castri Jayczensis, de se bene merito, metalla in pertinentiis castrorum Bwsyn, Koztel, Crapinae et Lobor instituere concedit. Or. P.

4549 D-XXVI-29 Budae 10. VII. 1523. Par documenti sub D-XXVI-28 asservati. Or. P.

4550 D-XXVI-30[Chasmae] 15. VII. 1523. Michael Saffarych de Sywecz eiusque mater Dorothea bona sua in possessione Magyerowcz et Gradysche (com. Cris.) cum bonis Elisabeth Rempych de Illyncz et Ursulae Wythesych de Kamarya in Zlathynyk (Zalathnok) (com. Cris.) coram capitulo Chasmensi commutant et invicem se heredes instituunt. Or. P. S.

4551 D-XV-91 Budae 15. VII. 1523. Mon. Zg. III 231, nr. 183.

4552 D-XXVI-35 Budae 17. VII. 1523. Ludovicus rex capitulo ecclesiae de Posega mandat, ut Petrum Keglewych et Thomam Zabo, castellanum castri Podwersa, a Nicolao et Andrea Lypynye de Chernek occupationis quarundam terrarum arabilium in possessione Bodowalcz accusatos in iudicium coram rege evocet. Tr. 24. VIII. 1523.

4553 D-XXVI-31 Budae 22. VII. 1523. Mon. Zg. III. 232, nr. 184.

4554 D-XXVI-32 Budae 22. VII. 1523. Mon. Zg. III 234, nr. 186.

4555 D-XXVI-33 Budae 22. VII. 1523. Mon. Zg. III 233, nr. 185.

4556 D-XXVI-35 [Posegae] 24. VII. 1523. Capitulum de Posega Ludovico regi nuntiat se iuxta eius mandatum dd. 17. VII. 1523. Petrum Keglewych et Thomam Zabo de vi accusatos in iudicium regis evocasse. Or.

4557 D-XXVI-34 Budae 25. VII. 1523. Ludovicus rex ad petitionem Ewphrosynae, Georgii Castellanffy de Zenthlelek viduae, Petro de Ibran, cancellariae regiae minoris notario, praecipit, ut sequestratione possessionum Georgii Castellanffy, privigni eiusdem viduae, facta bona hereditario iure ad ipsam petitricem translata una cum castro Zwrych eidem restituat. Or.

4558 D-XXVI-56 Crisii 18. VIII. 1523. Paulus Kerecheny de Kanyafewlde vicebanus et iudices nobilium comitatus Crisiensis testantur ex inquisitione ad rogatum Andreae Bwdor de Bwdrowcz, qui Johannem Ernusth de Chakthornya de rapina sui iobagionis Thomae Kozthenych accusaverat, facta apparere accusationem veram esse. Tr. 31. III. 1524. Or.

4559 D-XXVI-36 Budae 27. VIII. 1523. Ludovicus rex capitulo de Posega praecipit, ut Simonem Mersych de Orbowacz in dominium castelli Podworsa (in comitatu de Posega), quod ante Francisci de Hederwara fuerat, nunc autem in manus Petri Keglewych de Bewsyn venit, introducat. Or.

4560 D-XXVI-51 Crisii 30. VIII. 1523. Paulus Kerecheny de Kanyafelde vicebanus et iudices nobilium comitatus Crisiensis testantur Johannem Ernusth de Chakthornya, qui Barnabam Berlek Popkoych, iobagionem seu inquilinum praebendae sanctae Crucis in oppido Zenthgyergh, vi abduxit, ammonitum esse, ut eum redderet, quod cum facere recusaverit, Barnabam ipsum prohibitum esse. Or.

4561 D-XXVI-37 Zagrabiae 13. IX. 1523. Paulus Kerecheny de Kanyafelde vicebanus et iudices nobilium comitatus Zagrabiensis testantur ex inquisitione ad rogatum Andreae, abbatis de Thopozka, qui Stephanum, comitem de Blagay, de rapina et vi iobagionibus exponentis in possessione Brathethych illata accusaverat, 10. IX. 1523. facta apparere accusationem veram esse. Or.

4562 D-XIV-59 Strigonii 23. IX. 1523. Ludovicus rex statuta societatis sutorum Montis Grecensis a Mathia rege 23. VIII. 1466. collata transumit et confirmat. Tr. 20. V. 1561.

4563 D-XXVI-38 In Owar 3. X. 1523. Cum Petrus Keglewych de Bwsyn asseruerit se statutioni Simonis Mersych de Obrowacz in castello Podworsa contradicere non potuisse, Ludovicus rex praecipit, ut iudicium nobilium Possegae inquirat ex hominibus, qui statutionem peregerunt, utrum statutio in bonis exponentis an in aliorum bonis facta sit. Or.

4564 D-XXVI-39 In Owar 3. X. 1523. Ludovicus rex ad relationem Petri Keglewych de Bwsyn capitulo ecclesiae Bosnensis praecipit, ut Simonem Mersych de Obrowacz in dominium castri Podworsa statim introducat. Or.

4565 D-XXVI-40 Posonii 4. XI. 1523. Andreas Kakas de Kakasfalwa coram capitulo Poszoniensi totam pecuniam, qua possessionem Zelkel Boodogazzonffalwa Wolfgango Puchelsperger vendidit, a Georgio Orlovchych, capitaneo Segniensi nec non liberorum eiusdem Puchelsperger tutore, sibi expensam esse, quare illos in dominium praenominatae possessionis introductos esse profitetur. Or. P.

4566 D-XXVI-41 Crisii 14. XI. 1523. Johannes Castellanffy de Zenthlelek eiusque noverca Frusina, vidua Georgii Castellanffy, coram Johanne Torquato bano faciunt *compositionem*, qua *Frusinae eiusque filio Melchiori* castrum Zyrch et quedam portiones in possessione Podgorye obveniant, sub condicione, ut quandocumque iis placuerit, novam divisionem facere possint. Or.

4567 D-XXVI-42 Crisii 14.XI. 1523. Par documenti sub D-XXVI-41 asservati. Or.

4568 DV-II-53 Jadrae 21. XI. 1523. Martinus Lisichich de Vergada lite contra Zoylum de Pechiaro de olivetis in insula Passimani in loco Podvorniza sopita ei totum oleum ex olivetis duobus annis perceptum tradit. Or. P.

4569 D-XXVI-85 In Dwbowcz 23. XI. 1523. Johannes Torquatus banus capitulo Zagrabiensi mandat, ut Stephanum Deeshazy in dominium possessionum Zomzedwara, Selyn et Inferioris Sthwbyczye, quae ei eius socrus Margaretha, vidua Johannis Banffy de Bolondos, filia qd. Johannis Hennyngh pignori dedit, introducat. Tr. 1524.

4570 D-XXVI-43 Crisii 12. XII.1523. Paulus Kerechen de Kanyafewlde vicebanus ac iudices nobilium comitatus Crisiensis testantur ex inquisitione rogatu Catharinae, viduae Francisci de Rawen, qui Johannem, filium praefati Francisci de Rawen de vi accusavit, 6. XII. 1523. facta apparere querelam veram esse. Or.

4571 D-XXVI-44 Poszonii 17. XII. 1523. Ludovicus rex capitulo ecclesiae de Posega mandat, ut Ladislaum Orbay de Bwcha, quem Barbara, filia Georgii de Zthresemlye, uxor Petri Keghlewygh de Bweyn, maleficii direptionisque bonorum in possessione Parawcha et in portione possessionis Swmethycze insimulavit, admoneat, ut ipse termino constituto coram rege compareat. Or.

4572 D-XXVI-45 Poszonii 18. XII. 1523. Ludovicus rex capitulo Albensi praecipit, ut inquirat quomodo castellum Podwarea, quod regia collatione Simoni Mezchyth de Orbowach collatum est, quadam conventione inter Franciscum de Hederwary et Petrum Keglewyth de Bwsyn *facta in manus* huius devenerit. Or. mancum.

4573 D-XXVI- [Posonii] 21. XII. 1523. Capitulum Posoniense testatur Georgium, marchionem Brandenburgensem, castra Krapina et Koszthel Petro Keglevich vendidisse. Tr. 19. VIII. 1564.

4574 D-XXVI-46 Posonii 21. XII. 1523. Georgius, marchio Brandenburgensis, castra Krapina et Costel Petro Cheglewych de Bussin 13.000 flor. vendit. Eas litteras Petrus Cheglewych litteris Cyrillicis subscripsit. Or.

4575 D-XXVI-47 [Chasmae] 21. XII. 1523. Banus Johannes Torquatus rogatu Andreae Bwdor de Bwdrowcz et Balthasaris Thompa de Horzova, qui Johannem Ernusth de Chakthornya eiusque castellanum Ladislaum Wytez de Kamarcza accusaverunt, quod horum iobagiones in possessionibus exponentium multas arbores succiderint et quatuor vaccas per canes devorari fecerint, capitulum Chasmense inquisitionem facere iubet. Or.

4576 D-XXVI-47 [Chasmae] 30. XII. 1523. Capitulum Chasmense bano Johanni Torquato nuntiat ex inquisitione ab eodem 21. XII. 1523. iussa apparere omnes accusationes contra Johannem Ernusth de Chakthornya veras esse. Or.

4577 D-XXVI-48 1523.? Ludovicus rex capitulo s. Petri de Posega mandat, ut Petrum Keglewych de Bwsyn, qui statutioni Simonis Mersych de Orbowacz in castello Podwersa contradixit, ad iudicium regis evocet. Or. mancum.

4578 D-XXVI-49 1523. Ludovicus rex Petro Keglewych de Bwsyn in bellis contra Turcas optime merito castra Wranograth et Pozwyzd donat. Or. mancum.

4579 D-XXVI-50 [Chasmae] 1523. Capitulum Chasmense 9. VIII. 1523. et subsequentibus diebus inquisitionem a Ludovico rege 8. VII. e. a. iussam contra Michaelem Imreffy de Zerdahel facit. Finis documenti deest. Or. mancum.

4580 D-XXVI-98 [Zagrabiae] 1523. Capitulum Zagrabiense regi Ludovico nuntiat statutionem civium Montis Grecensis in dominio bonorum Pethrowyna et Sylyakowyna a Margaretha, filia Johannis Hennyng, Stephano Deeshazy uxoreque eius Anna vi impeditam esse, quare a curia regia Margaretham Hennyng, Stephanum Deeshazy et Annam uxorem eiusdem una marca (= 72 flor.) condemnatam esse. Tr. 27. VI. 1536.

4581 Sermag. XLV elen. 13 1523. Margaretha Gemines, uxor Joannis Bauffy, bona in Ztubicza Andreae Ianychevich 200 florenis impignorat. Regestum.

4582 I d 170 sub H 1523. Paulus Kerecseny et Michael Benkovich quasdam terras in possessionibus Horzova permutant. Regestum.

4583 Sermag. XLV elen. 5 1523. Ludovicus rex castra Szomszedwar et Selin Margarethae Henningh denuo donat. Regestum.

4584 I d 32, elen. f. 80 1523. Banus Joannes Torquatus inquisitionem contra dominium Selin de patrata violentia in bonis Ternovecz Balthasaris Alap praecipit. Regestum.

4585 I d 170, sub. S 1523. Fabianus Matheics in dominio possessionis Sabnicza Sz. Ivan a capitulo Chasmensi statuitur. Regestum.

4586 I d 170, sub M 1523. Ludovicus rex Annam Dragh heredem masculum a se cognitam in possessionibus Sz. Marton, Ripak etc. statui iubet. Regestum.

4587 XXI 2/11 (elen. 1), nr. 669 1523? Mandatum, ut Henricus de Holcz et Paulus de Ostrohy in dominium tertiae partis possessionum Konzka et Drusovcz denuo introducatur. Regestum.

4588 D-XXVI-83 In oppido Warano 23. I. 1524. Ludovicus rex capitulo Budensi praecipit, ut in causa Margarethae, filiae qd. Johannis Hennyngh de Zomzedwar, viduae Johannis Banffy de Bolondos, contra Katherinam, uxorem Andreae de Bathor, quae in dominium bonorum qd. Johannis inire voluerat, inquirat, num ea bona Margarethae, sicut asserebat, gener eius Stephanus de Deshaza vi iam prius abstulerit. Tr. fragmenti a. 1524.

4589 D-XXVI-55 [Zagrabiae] 29. I. 1524. Testamentum Stephani Skertba de Thoplycza coram capitulo Zagrabiensi conscriptum, qua bona in Thoplycza et Gorycza Vincentio et Gregorio de Gregwrowez, qui se 6 missas quoque anno pro testatoris anima persolvere obligaverunt, legat. Tr. 29. III. 1524 .et 6. V. 1534.

4590 D-XXVI-52 [Zagrabiae] 7. II. 1524. Mon. Zg. III 238. nr. 189.

4591 D-XXVI-53 Posonii 10. II. 1524. Mon. Zg. III 329, nr. 190.

4592 D-XXVI-54 Posonii 13. II. 1524. Ludovicus rex capitulo de Posega praecipit, ut inquirat, num homines Simonis Mersych, cubicularii regii, qui se in dominium castelli Podwarsa introduci voluit, quod Petri Keglewych de Bwsyin erat, ea occasione hominem regium et capituli vi aggressi fugaverint. Or.

4593 D-XXVI-55 Budae 29. III. 1524. Ludovicus rex testamentum Stephani Skertha de Thoplycza dd. 29. I. 1524. confirmat. Or. P. S.

4594 D-XXVI-88 Budae 29. III. 1524. Ludovicus rex capitulo Zagrabiensis praecipit, ut Vincentium et Gregorium de Gregwrowez in dominium bonorum qd. Stephani Skertha Thoplycta et Dwbrawa introducat. Tr. 2. V. 1525.

4595 D-XXVI- In Dobowcz 31. III. 1524. Johannes Torquatus, comes Corbaviae ac banus, rogatu Andreae Bwdor de Bwdrowcz, qui litteras Pauli Kerecheny de Kanyafewlde vicebani dd. 18. VIII. 1523. exhibuit Johannem Ernusth de Chaktornya eiusque castellanum Ladislaum Wythez de Kamarcza admoneri iubet, ut Thomam Kozthenych, iobagionem eiusdem Andreae, qui cum uxore sua Ursula filioque Petro de possessione Jarna in promontorium Lwsaneczka Gorycza ad Lwsanez, possessionem Johannis Ernusth, transfugit, cum omnibus rebus ac pecoribus restituant. Or.

4596 D-XXVI-57 Zagrabiae 7. IV. 1524. Ex inquisitione, quam Johannes Parys de Adamowcz ceterique iudices comitatus Zagrabiensis ad petitionem Emerici Bradach de Ladomercz in Simonem, episcopum Zagrabiensem, et Valentinum litteratum Kopanych de Pawlowcz, castellanum castri Zagrabiensis, qui de vi cuidam Lucae Pozawecz, iobagioni petitoris, in via publica illata accusati sunt, fieri iusserunt, 31. III. 1524. facta constat scelus vere commissum esse. Or.

4597 D-XXVI-60 Budae 18. IV. 1524. Ludovicus rex Johanni de Pakos, Paulo Kerecheny de Kanyafewlde, Balthasari de Batthyan et Paulo Callowycz de Gywrkowcz, quorum arbitrio divisio bonorum qd. Georgii Castellanffy de Zenthlelek inter Frusinam, eius viduam, et Georgium, filium eius ex priore uxore, facta est, mandat, ut coram Stephano Henczelffy de Pethrowcz, protonotario regni, ea de re verum dicant. Tr. 29. V. 1524.

4598 I d 12, elen. IV, p. 45 Budae 15. V. 1524. Joannes Kastellanffy testatur 50 florenos sibi a vicebano Paulo Kerecheny restitutos esse. Regestum.

4599 D-XXVI-58 Budae 19. V. 1524. Ludovicus rex praecipit, ut universae causae cuiuspiam contra Johannem Kastellanffy, aulicum regium, motae, dum in castris moratur, in iudicio prorogentur. Or.

4600 D-XXVI-59 Zagrabiae 19. V. 1524. Georgius de Razyna, vicarius ecclesiae Zagrabiensis, in causa inter Michaelem, plebanum in Kassina et decanum praebendariorum chori ecclesiae Zagrabiensis, de decima vini Fabiani Kozych de Jazenowcz utrasque partes in ius citat. Or. mancum.

4601 D-XXVI-60 Budae 29. V. 1524. Stephanus Henczelffy de Pethrowcz, protonotarius regni, coram Laurentio de Wylak, duce Boznae curiaeque regiae iudice, fatetur Johannem de Pakos, Paulum Kerecheny de Kanyafewlde, Balthasarem de Batthyna ac Paulum Callowycz de Gywrkowcz, arbitros in divisione bonorum qd. Georgii Castellanffy de Zenthlelek, iuxta mandatum Ludovici regis dd. 18. IV. 1524. coram se ea de re verum dixisse. Or.

4602 D-XXVI-61 Budae 2. VI. 1524. Ludovicus rex Thomae Jarneyerwyth, castellano castri Oztrosyn, qui post mortem Annae de Kwthenya, viduae Johannis Bewenywd, proventus castri indebite recipiebat, mandat, ut idem castrum cum pertinentiis Margarethae, uxori Balthasaris Hobetych de Dobowcz viceprothonotarii, filiae Nicolai Bewenywd de Oztrosyn, et Catherinae, uxori Johannis de Zemche, filiae Thomae Bewenywd de Oztrosyn, eisdem iure successionis pertinens remittat. Or.

4603 DV-II-54 Jadrae 12. VI. 1524. Coram Hieronymo de Gallellis, iudice examinatore Jadrae, fratres de Nassis: presbyter Simon, archidiaconus Buduae, Joannes et Petrus, filii Dominici de Nassis, omnia bona in civitate Jadrae posita inter se dividunt.

4604 I d 12, elen. IV, p. 45 In Velkovecz 24. VI. 1524. Georgius Kerser de Velkovecz quinque colonos Stephano Herkffy eiusque filiis 27 1/2 florenis Hung. pignori obligant. Regestum.

4605 D-XXVI-62 Crisii 4. VII. 1524. Ladislaus, filius Johannis de Erwencze, coram Ludovico rege omnes suas portiones in possessionibus Erwencze, Zenthmyklos, Boryancz, Benedykowcz aliasque in comitatu Crisiensi sitas nec non illas in possessionibus Athak, Prydworye et Wysnycze in comitatus Zagrabiensi ob multa beneficia ab Ambrosio Challokewczy accepta 600 florenis eidem sub quibusdam condicionibus pignori obligat. Or.

4606 D-XXVI-63 Prybynyae 7. VII. 1524. Gregorius de Thaloez »principalis arbiter et superintendens« in iuridica revisione, quae 8. VII. 1524. in possessione Gylethyncz inter iobagiones Johannis de Zapolya, waywodae Transilvanensis, et Petrum Keglewych de Bwsyn fieri debuit, sed propter huius absentiam habita non est, ad 25. VII. 1524. prorogat et Petri uxorem Barbaram certiorem facit. Or.

4607 D-XXVI-64 Crisii 11. VII. 1524. Johannes de Cheznych, iudex nobilium testatur se Pauli Kerecheny de Kanyafewlde, vicebani ac comitatus Crisiensis iudicis, iussu, ad petitionem Petri de Bogacho eiusque uxoris Marthae nec non Viti de Imryhowcz 5. VII. 1524. inquisitionem fecisse, ex qua apparere Ladislaum Kyzelycza de Kamarcza eiusque filium Joseph quandam portionem in possessione petitorum Maryassowcz et portionem Stephani Lysak, eorum iobagionis, occupavisse, quare reos admonuisse, ut a perceptione fructuum earundem portionum recederent. Or.

4608 D-XXVI-80 [Zagrabiae] 20. VII. 1524. Capitulum Zagrabiense Ludovico regi nuntiat, cum Stephanus, comes de Blagay, restatutioni Andreae, electi Thyniniensis et abbatis de Thopozka, in dominium bonorum Superioris et Inferioris Lyzthowch, Rwkowo, Charakowczy, Hahowo, Werbowcz et Ewrach (com. Zagrab.) 17. VII. 1524 vi se opposuisset, una marca auri gravis i. e. 72 florenis eum damnatum esse. Tr. 23. XII. 1524.

4609 D-XXVI-65 [Zagrabiae] 23. VII. 1524. Potenziana, filia Christophori de Glawnycza, eiusque maritus Michael Fachar coram capitulo Zagrabiensi omnes suas portiones in possessionibus Rawen, Kwnghewez, Kozthynowcz, Ztharawes, Werh, Kazmerowcz, Cwke et Babbyak (com. Cris.) Stephano de Praschowcz eiusque uxori Hieronymae 250 florenis vendunt. Or. P.

4610 D-XXVI-66 Budae 29. VII. 1524. Ludovicus rex capitulo Zagrabiensi praecipit, ut Petrum Keglewych de Bwsyn in dominium dimidiae partis castrorum Wranograth, Chaupycza et Podzwyzd, quae ei Johannes Tompych de Wranograth mille florenis auri pignori dedit, introducat. Or.

4611 D-XXVI-67 Zagrabiae 1. VIII. 1524. Ex inquisitione a Johanne Parys de Adamowcz ceterisque comitatus Zagrabiensis iudicibus ad petitionem Stephani, Georgii et Emerici Bradach de Ladomerch iussa et 25. VII. e. a. facta constat Mathiam de Barach, priorem Auranae, atque Johannem de Thah furta in possessione actorum Glawnycze commisisse. Or.

4612 D-XXVI-68 Budae 8. VIII. 1524. Mon. Zg. III 241, nr. 192.

4613 D-XXVI-69 Zagrabiae 17. VII. 1524. Ex inquisitione Johannis Parys de Adamowcz ceterorumque iudicum nobilium comitatus Zagrabiensis iussu die 10. VII. 1524. facta constat Nicolaum Mernyawchych de Dolacz sive Brezowycza, castellanum castri Bosyako (com. Zagr.) Stephani, Georgii ac Emerici Bradach de Ladomercz quoddam pabulum secavisse et fenum abstulisse. Or.

4614 D-XXVI-70 Zagrabiae 31. VIII. 1524. Ex inquisitione a Johanne Parys de Adamowcz ceterisque iudicibus nobilium comitatus Zagrabiensis ad petitionem Stephani, Georgii ac Emerici Bradach de Ladomercz iussa et 24. VIII. 1524. facta constat Johannem Kossarczky de Kolowrath, gubernatorem castri Medwewar castellorumque Rokonok et Lwkawcz, porcos in possessione petitorum Byzthrycza furatum esse. Or.

4615 D-XXVI-71 [Chasmae] 26. IX. 1524. Barbara, uxor Mathiae de Wenczeslowcz, neptis Petri de Konzka, coram capitulo Chasmensi Petrum, filium Cristophori de eadem Konzka, qui de iure quartalicio eidem de omnibus possessionibus pecuniarum solutione satisfecerat, absolutum dicit litterasque de oppignoratione trium sessionum in possessione Thomadeewcz (com. Cris.) ei reddit. Or. P. S.

4616 D-XXVI-72 Budae 13. XI. 1524. Ludovicus rex Gregorio Orlowchych de Choka et Petro Krwsych de Kroog, capitaneis Segniensibus et castellanis Clissiensibus qui in Turcarum obsidione Clissae a. 1523 optime meritus est, castellum Berzencze in comitatu Werewcze, quod antea Laurentii de Wylak, ducis Boznae, fuerat, iure regio donat. Or.

4617 D-XXVI-80 [Zagrabiae] 25. XI. 1524. Capitulum Zagrabiense Ludovico regi nuntiat, cum Stephanus, comes de Blagay restatutioni Andreae, electi Thyniniensis et abbatis de Thopozka, in dominium bonorum (quae in documento dd. 20. VII. 1524. nominantur) iterum vi se opposuisset, eum 100 marcis homagialibus i. e. 400 florenis et amissiome omnium bonorum in dicta generali damnatum esse. Tr. 23. XII. 1524.

4618 D-XXVI-73 [Zagrabiae] 28. XI. 1524. Margaretha, vidua Johannis Banffy de Bolondos, filia Johannis Hennyngh de Zomzedwara, contra Katharinam, uxorem Andreae Bathor, coram capitulo Zagrabiensi profitetur obligationem bonorum in castro Zomzedwara ac in castellis Selyn et Zthwbycza nec non in districtibus Krawarzka, Chychan et Berdowcz pro pecuniis ad bona sua defendenda mutuum sumptis, cui obligationi etiam Anna, uxor Stephani Dechazy de Zomzedwara, filia eius, contradixit, a se non sponte neque se libera, sed coacta et necessitate inducta factam esse. Or.

4619 D-XXVI-92 Budae 29. XI. 1524. Ludovicus rex capitulo Chasmensi praecipit, ut Andream Bwdor de Bwdrowcz in dominium possessionum Samsenowcz, Poson, Egydowschyna, Blyznafew, Lahowschyna seu Lachowcz, Jalsowcz seu Wgrowschyna (com. Cris.) novae donationis titulo acquisitarum introducat. Tr. 2. XII. 1525.

4620 D-XXVI-74 Budae 29. XI. 1524. Ludovicus rex Andreae Bwdor de Bwdrowcz de se bene merito possessiones Samsenowcz, Poson, Egydowschyna, Blyznafew, Lahowschyna et Jalsowcz (com. Cris.) titulo novae donationis confert. Or.

4621 D-XXVI-76 Budae 30. XI. 1524. Ludovicus rex Johannem Bauffy de Also Lyndwa uxoremque eius Margaretham, viduam Francisci Beriszlo de Grabarya, qui castrum Wywar in Slavonia ob defectum seminis ad regem devolutum ex commissione regia Petro Keglewych de Busin remiserunt, expeditos reddit. Or.

4622 D-XXVI-75 Budae 30. XI. 1524. Ludovicus rex capitulo Chasmensi praecipit, ut testem destinet, quo praesente Petrus Keglewych de Bwsyn Johanni Banffy certam summam ad castra Wywar, Feyerkew et Lobor redimenda persolvat. Or.

4623 D-XXVI-77 Budae 30. XI. 1524. Ludovicus rex testatur Johannem Banffy de Alsolyndwa eiusque uxorem Margaretham, viduam Francisci Beryzlo de Graborya, castrum Lobor, post mortem et ob defectum seminis ad regem devolutum, Petro Keglewych de Bwsyn se iubente tradidisse. Or.

4624 D-XXVI-102 Budae 4. XII. 1524. In causa Johannis Laczkowych aliorumque nobilium campi Zagrabiensis contra Georgium, marchionem Brandenburgensem, de vi illata Ludovicus rex testatur eosdem nobiles a sede bani et ab iudiciis iudicum ordinariorum exemptos esse. Tr. 27. VIII. 1775.

4625 D-XXVI-79 Posegae 18. XII. 1524. Petrus Keglewych de Bwsyn, cubicularius regius, Ludovico regi, qui 4428 florenos pro castris Feyerkew, Blynye alio nomine Wywar, Lobor propter Turcarum incursiones Johanni Banffy eiusque uxori Margarethae Zekel solvere non poterat, 1000 florenos, quos a Mathia Horwath Marynych dicto de Polotha mutuos sumpsit, coram capitulo b. Petri de Posega mutuatur. Or.

4626 D-XXVI-80 Budae 23. XII. 1524. Cum Stephanus, comes de Blagay, restatutioni Andreae, electi Thyniniensis et abbatis de Thopozka, in dominium bonorum Superioris et Inferioris Lysthowcz, Rwkowo, Charakowczy, Hahowo, Werhowcz et Dwrach (com. Zagr.) 17. VII. 1524. vi se opposuisset, ut e litteris capituli Zagrabiensis dd. 20. VII. e. a. constat, una marca auri gravis (= 72 flor.) condemnatus est, et cum iterum 20. XI. e. a. restatutionem vi prohibuisset, (quod litteris eiusdem capituli dd. 25. XI. e. a. nuntiatur), a congregatione seu dieta generali 100 marcis homagialibus (= 400 flor.) nec non amissione omnium bonorum damnatur; quam sententiam Ludovicus rex 9. XII. e. a. capitulum Zagrabiense exsequi iubet. Or.

4627 D-XXVI-81 Crisii 23. XII. 1524. Paulus Kerecheny de Kanyafewlde, vicebanus ac comitatus Crisiensis iudex nobilium, Andream Budor de Budrowcz 12. flor., quibus 13 iugera terrae arabilis in possessione Blathcze a progenitoribus eius progenitoribus Anthonii Gywrychych, Michaelis ac Nicolai Laczlewych nec non Petri Rokcheych impignorata erant, restituisse eique praedicta iugera remissa esse confirmat. Or.

4628 D-XXVI-82 Zagrabiae 24. XII. 1524. Simon, episcopus Zagrabiensis, litteras a Balthasare Hobethych, vicario ecclesiae Zagrabiensis, Chasmae 16. X. 1522. iobagionibus possessionum Vrga, Czeryc, Budyncz et Seryavyncz de metis silvae Mokrycza datas, confirmat. Sequuntur confirmationes: Georgii Draskovits, episcopi et bani de anno 1568., Caspari Ztankowachky, episcopi Zagrabiensis dd. 24. IV. 1591., Francisci Ergbelii, episcopi Zagrabiensis de anno 1633. Or. P. S.

4629 D-XXVI-83 Budae 1524. Cum Margaretha, filia qd. Johannis Hennyngh de Zomzedwar, vidua Johannis Banffy de Bolondos, introductioni Katherinae, uxoris Andreae de Bathor, in dominium tertiae partis bonorum Johannis Hennyngh se opposuerit, Ludovicus rex litteris in oppido Warano 23. I. 1524. datis capitulum Budense inquirere iussit, num Margaretha ea bona re vera possideret. Quod sic se habere ex inquisitione facta apparet. Dies, quo litterae capituli datae sint ex documento laeso erui non potest. Or. mancum.

4630 D-XXVI-84 1524. »Registrum super vineas per dominos capitulares revisas ... de quibus d. Michael, plebanus s. Petri de Casyna, percipit decimas etc.« etiam in Blagwsa et Marocha. Or.

4631 D-XXVI-85 [Zagrabiae] 1524. Capitulum Zagrabiense bano Johanni Torquato nuntiat, cum ab eo litteris in Dwbowcz 23. XI. 1523. datis iussum Stephanum Deeshazy in dominium possessionum Zomzedwara, Selyn et Inferioris Sthwbyczae 29. I. et 4. II. 1524. introducere voluerit, neminem contradixisse, sed postea a civibus civitatis Montis Greecensis id factum, quare eos in ius vocatos esse. Or. mancum.

4632 I d 170, sub K 1524. Petrus Keglevich dimidiam partem bonorum Krapina et Kostel Michaeli Imrefy 6500 flor. vendit. Regestum.

4633 Sermag. XLVI, elen. V 1524. Capitulum Zagrabiense Margaretham Henningh, viduam Banffy, titulo novae donationis regis in dominium castri Sellin introducit. Regestum.

4634 Sermag. XLVI, elen. V 1524. Margaretha Hennyngh, vidua Banffy, eiusque filia Anna et gener Stephanus Deshazy introductioni Francisci Batthyan in dominium castrorum Szomszedvar et Sellin iuridice contradicunt. Regestum.

4635 Sermag. XLVI, e. cn. V 1524. Ludovicus rex capitulo Albensi praecipit, ut Sophiam, uxorem Joannis Gyulai de Vinicze, et Justinam, uxorem Pauli Csalovics, quae indebite quasdam possessiones Nicolai de Batthyan possident, in iudicium curiae regiae evocet. Regestum.

4636 I d 170, sub B 1524. Ludovicus rex Joannem Banfü eiusque uxorem, qui castellum Bokollya (com. Poseg.) Petro Keglevich remiserunt, expeditos dicit. Regestum.

4637 Jelačić XXV, libellus Crisii 29. I. 1525. Joannes de Chesmicze, iudex nobilium comitatus Crisiensis, fatetur Sigismundum Pogan de Cheb quendam pontem in fluvio Bednya, in possessione familiae Bochkay Krisovlyan destruxisse. Tr. 10. VI. 1760.

4638 D-XXVII-42 Budae 3. II. 1525. Helena, filia Joannis, comitis de Looz, castrum et oppidum Zamobor suae filiae Annae eiusque marito Joanni Ungnad de Zunok coram Ambrosio Sarkany de Akoszhaza, iudice curiae regiae, donat. Tr. 28. X. 1528.

4639 Jelačić XXV, libellus Crisii 12. II. 1525. Joannes de Chesmicze, iudex nobilium comitatus Crisiensis, fatetur Sigismundum Pogan de Cheb duos boves iobagionis familiae Bochkay in possessione Szlayna rapuisse. Tr. 10. VI. 1760.

4640 D-XXVI-99 [Zagrabiae] 11. III. 1525. Capitulum Zagrabiense rogatu Petri de Hrwssowez sententiam Andreae Thwskanych, abbatis de Thopozka, in causa inter eundem Petrum atque Matheum et Nicolaum de Hrwssowcz dd. 16. V. 1523. transumit. Tr. 8. VIII. 1548.

4641 D-XXVII-47 Budae 14. III. 1525. Michael Imreffy de Zerdahel et Petrus Keglevich de Busin castra Krapina et Koztel, quae a Georgio, marchione Brandenburgensi, emerunt, coram Ludovico rege inter se dividunt. Tr. 13. V. 1596. et 13. II. 1651.

4642 D-XXVI-86 Budae 15. III. 1525. Ludovicus rex capitulo ... praecipit, ut de obligatione castrorum Feyerkew, Wywar, Lobor ac districtus Maykocza, Johanne Banffy de Alsolyndwa eiusque uxore Margaretha Petro Keglewych de Bwsyn facta, litteras sigillo suo roboratas conficiat. Or. mancum.

4643 D-XXVII-1 Budae 15. III. 1525. Andreas et Michael Bwdor de Bwdrowecz ac Johannes de Egerwara regem Ludovicum rogant, ut contractui de suis bonis coram bano Johanne Torquato invicem facto regium consensum praebeat. Id Ludovicus rex concedit. Or.

4644 D-XXVII-42 Budae 28. III. 1525. Ludovicus rex litteras dd. 3. II. 1525. quibus Helena, filia Joannis, comitis de Frangepanibus, vidua Gasparis Herberth de Looz, castrum et oppidum Zamobor filiae Annae eiusque marito Joanni Ungnad de Zunok coram Ambrosio Sarkany de Akoszhaza, iudice curiae regiae, donavit, confirmat. Tr. 28. X. 1528.

4645 D-XXVII-2 Zagrabiae 16. IV. 1525. Simon, episcopus Zagrebiensis, Ludovici regis mandatu annum iubilaei in omnibus ecclesiis monasteriisque archidioecesis Zagrabiensis promulgari iubet. Or.

4646 D-XXVII-3 Budae 23. IV. 1525. Mon. Zg. III 245, nr. 196.

4647 D-XXVI-87 Budae 30. IV. 1525. Ludovicus rex Petro Keglewych praecipit, ut Thomae et Anthonio Gwozdenowyth ac Georgio Waryachyth, qui a Turcis in regnum suum transfugerunt, in pertinentiis castri Feyerkew terram et »residentiam« assignet. Or.

4648 D-XXVI-88 [Zagrabiae] 2. V. 1525. Capitulum Zagrabiense testatur se litteris a Ludovico rege Budae 29. III. 1524. datis iussum Vincentium et Gregorium de Gregwrowcz in dominium bonorum qd. Stephani Skertha Thoplycza et Dwbrawa 17. IV. 1525. nemine contradicente introduxisse. Or. P. S.

4649 D-XXVII-4 Budae 8. VI. 1525. Mon. Zg. III 246, nr. 197, ubi falso 17. VIII.

4650 Jelačić 63 Causa Domaniczky-Inkey [Zagrabiae] 10. VI. 1525. Georgius capellanus de Ivanich, nomine Dorotheae, viduae Francisci Keczer de Radvan eorumque filiorum, Ludovicum regem a collatione et Sigismundum Pogany de Herbortya a receptione possessionis Szlavina (com. Cris.) coram capitulo Zagrabiensi iuridice prohibet. Tr. 1817.

4651 D-XXVII-5 Novae Curiae 21. VI. 1525. Epistola bani Francisci de Batthyan Johanni Kastellanffy de Zentblelek inscripta, qua nuntiat se castellanum suum Paulum Zewld de Krysthalowcz ad discordias inter eorum iobagiones componendas misisse; praeterea queritur, quod Johannes plebanum de Dymychkofeld eiecit. Or.

4652 D-XXVII-48 Romae 4. VII. 1525. Clemens VII papa monasterium ordinis fratrum minorum extra muros oppidi Zamobor erigi sinit. Cop. vid. saec. XVIII.

4653 D-XXVI-100 Budae 14. VII. 1525. Petrus Keglewych et Michael Imreffy de Zerdahel castra Krapyna et Koztel a Georgio, marchione Brandenburgiensi, 13000 flor. empta, de quibus diu litigabant, inter se sortiri coram rege Ludovico decernunt. Tr. 4. VI. 1555. et 16. III. 1662.

4654 D-XXVII-6 Zagrabiae 17. VII. 1525. Ex inquisitione, quam Johannes Parys de Adamowcz, iudex nobilium comitatus Zagrabiensis, contra Georgium Chery, castellanum castelli Bosyako, ab Emerico Bradach de Ladomercz de quibusdam furtis et violentiis in possessione petitoris Ladomercz factis insimulatum fecit, constat accusationem veram esse. Or.

4655 D-XXVI-89 Budae 22. VII. 1525. Ludovicus rex Petro Keglewych arces Feyerkew (com. Cris.), Blynye (com. Zagrab.) et Lobor (com. Warasd.) 2500 florenis pignori obligat. Or.

4656 D-XXVII-7 Budae 3. VIII. 1525. Ludovicus rex capitulo Chasmensi praecipit, ut rogatu Johannis Castellanffy de Zenthlelek, qui ius patronatus plebaniae de Dymelthffewld ab antiquo habuit, quot familia de Batthyan sibi arrogat, una cum homine regio rem inquirat. Or.

4657 D-XXXVII-8 Budae 14. VIII. 1525. Franciscus de Batthyan banus litteras Johanni Castellanffy de Zenthlelek de quodam tritico in communi loco deposito nec non de equo comparando mittit. Or.

4658 D-XXVII-9 Varasdini 20. VIII. 1525. Stephanus Horwath, castellanus castri Krapina, suo et Johannis Radwechewych, eiusdem castri castellani, nomine Vincentium et Gregorium de Gregorowcz in dissensionibus inter officiales castri Krapina et castri Chazarwara ortis ac in violatione coemeterii ecclesiae s. Trinitatis in Thöplika penitus innocentes coram universitate nobilium comitatus Warasdinensis declarant. Or.

4659 D-XXVII-10 Budae 23. VIII. 1525. Ludovicus rex Achacio et Ladislao de Erwencze eorumque propinquis eorum oppidum Erwencze aliaque bona in comitatibus Crisiensi et Zagrabiensi nova donatione cum iure regio confert. Or. P.

4660 D-XXVII-11 Budae 6. IX. 1525. Par litterarum Ludovici regis, quibus Francisco de Batthyan et Johanni Thahy banis ac Johanni Datezy thesaurario aliisque notificat se Margarethae, viduae Johannis Ungnad de Zunek, et filio eorum Johanni filiaeque Elizabethae ob fidele servitium regi et reginae exhibitum et ad castrum Zamobor Turcis obvium reparandum et conservandum proventus camerae regiae a civibus oppidi Zamobor debitos remisisse. Iisdemque litteris civibus Zamobor proprio sigillo cera viridi, more aliarum civitatum liberarum, uti permittitur. Or.

4661 D-XXVII-41 Budae 6. IX. 1525. Ludovicus rex taxas et contributiones regias oppidi Zamobor ad castrum Zamobor reparandum destinatas confirmat. Tr. 22. VI. 1528.

4662 D-XXVII-62 [Chasmae] 27. IX. 1525. Petrus Keyglyewych de Bwsin castrum Lobor Dorotheae Bochkay de Razyna Kerezthur viduae ac filiis qd. Francisci Kerecheny de Radwar 1500 flor. aureis certis sub condicionibus coram capitulo Chasmensi impignorat. Tr. 3. V. 1527.

4663 D-XXVII-12 Budae 28. IX. 1525. Ladislaus archiepiscopus ac Hungariae primas in litteris Johanni de Thah bano de vindicta a dominio Zagrabiensi sumenda missis, eidem de amicitia sua persuadet. Or.

4664 D-XXVII-13 Zagrabiae 28. IX. 1525. Joannes Parys de Adamowcz ceterique comitatus Zagrabiensis iudices nobilium rogatu Stephani Deeshazy de Zomzedwara eiusque uxoris Annae Banffy Martinum de Felsew Zthwbycza ab illegitima occupatione possessionis Dwbowcz (com. Zagr.) prohibent. Or.

4665 D-XXVII-14 Zagrabiae 29. IX. 1525. Ex inquisitione, quam Johannes Parys de Adamowcz ad petitionem Stephani, Georgii et Emerici Bradach de Ladomercz contra Georgium Chery, castelli Bosyako castellanum, qui fenilium Predorschyeze prope possessionem petitorum Bclawar sitorum demessorum reus factus est, 21. IX. 1525. fecit, accusationem veram esse constat. Or.

4666 DV-II-55 Cavi insulae 14. X. 1525. (Ital.) Testamentum Luciae de »Cavo insulae«. Or.

4667 D-XXVII-15 Zagrabiae 17. X. 1525. Ex inquisitione, quam Johannes Parys de Adamowcz, a iudicibus comitatus Zagrabiensis destinatus ad petitionem Stephani, Georgii et Emerici Bradach de Ladomercz contra Johannem Kossarczky de Kolowrath, castri Medwewar et castellorum Rokonok et Lwkawcz gubernatorem, cuius mandatu certae arbores in territorio possessionis petitorum Byzthrycza succisae sunt, priores metae deletae ac novae erectae nec non magna pars silvarum eorundem petitorum occupata atque possessioni Glawnycza Zent Nedele adiecta est, 8. X. 1525. fecit, dicta facinora profecto commissa esse apparuit. Or.

4668 D-XXVI-91 Budae 24. X. 1525. Ludovicus rex conventui cruciferorum de Alba mandat, ut Petrum Keglewych de Bwsyn, banum de Jaycza, in dominium castri Lobor, quod ei ob defensionem arcis Jayczensis et ob 3000 flor. regi dono datorum nec non ob magnum damnum castro Bwsyn a Turcis illatum contulit, introducat. Tr. 8.. XI. 1525.

4669 D-XXVI-90 Zagrabiae 2. XI. 1525. Ex inquisitione, quam Johannes Parys de Adamowcz ceterique comitatus Zagrabiensis iudices nobilium in Georgium Chery, castellanum castelli Bosyako (com. Zagr.), qui a Stephano Bradach de Ladomercz furti porcorum accusatus est, 28. X. 1525. fecerunt, querelam veram esse constat. Or.

4670 D-XXVI-91 [Albae] 8. XI. 1525. Conventus cruciferorum de Alba Ludovici regis 24. X. 1525. iussu Petrum Keglewych de Bwsyn in dominium castri Lobor introducit.

4671 D-XXVII-16 Budae 19. XI. 1525. Epistola bani Johannis Thahi Johanni Castellanffy de Zenthlelek, aulico regio, inscripta, qua ei commendat, ut ad congregationem Crisiensem, ubi eorum negotia perficientur, veniat. Or.

4672 D-XXVI-92 [Chasmae] 2. XII. 1525. Capitulum Chasmense a Ludovico rege 29. XI. 1524. iussum nuntiat se Andream Bwdor de Bwdrowcz in dominium possessionum Samsenowcz, Poson, Egydowschyna, Bliznafew, Lahowschyna seu Lahowcz et Jalsowcz seu Wgrowschyna (com. Cris.) 17. XI. 1525. nullo contradicente introduxisse. Or.

4673 D-XXVII-17 Crisii 10. XII. 1525. Franciscus de Batthyan banus decano et colegio praebendariorum ecclesiae Zagrabiensis nuntiat causam Barnabae Hwlych et Jacobi Mlynarych de Adamowcz, quae praeter legem in sede metropolitana acta est, coram saeculari iudice agendam esse. Or.

4674 Sermag. XLVI, elen. V. 1525. Ludovicus rex Iustinam Csalovics et Sophiam, eius sororem, in ius regis vocat. Regestum.

4675 Sermag. XLVI, elen. VI 1525. Ladislaus de Gyula Francisco Istvanffi suam portionem in possessione Nona in comitatu de Baranya 99 florenis coram capitulo Quinqueecclesiensi impignorat. Regestum.

4676 I d 170 sub T 1525. Fiscus regius causam contra Joannem Zapolya de castro Vöröskeő (com. Poson.) movet. Regestum.

4677 XXI-2/11 elen. nr. 385. 1525. Joannes et Franciscus Pekry de Pethrovina ac Joannes et Stephanus Simonffy de Miletincz, quos Georgius de Kapolna propter suam possessionem Farkossevcz (com. Cris.) reos fecit, in ius vocantur. Regestum.

4678. I d 170 sub E 1525. Rex pacto de castris Egervar et Velike a. 1512. inter Brittum, episcopum Nitriensem, Michaelem item Imreffü ab una et Georgium Kanisa ab altera parte consentit. Regestum.

4679 D-XXVII-43 In Megwryechye 1525–1528. Registrum »sabagii« castelli Megwryechye et aliorum tributorum ac expensarum a Josam Thersek, provisore eiusdem castri, a. 1525. usque ad a. 1528. confectum. Or.

4680 B II Var. 74/33 Tragurii 10. I. 1526. Alexander Lyppomanus, comes Tragurii et agri, in controversia inter fratres Silvestrum ac Petrum de Albertis, nobiles Spalati, ac Paulum Petravich, nobilem Sibenici, Tragurii habitantes, ab una ac defensores popularium Traguretisium ab altera parte priorem sententiam revocat eosque pro veris nobilibus Tragurii agnoscit et omnibus servitiis eximit. Cop.

4681 D-XVIII-86 Budae 6. II. 1526. Ludovicus rex sententiam comitis Stephani de Bathor, iudicis curiae regiae, in causa nobilium in et sub districtu castri Maioris Kemlek contra Andream Both de Bayna, comitem et castellanum castri Maioris Kemlek, 13. XI. 1492. latam transumit et confirmat. Or. P. S.

4682 D-XXIII-128 Budae 6. II. 1526. Ludovicus rex nobilibus castri Maioris Kemlek privilegium de immunitate tributorum confirmat. Tr. 24. VI. 1614.

4683 D-XXVII-18 Budae 7. II. 1526. Petrus Bornemyza de Capolna et Bernardus Behen, comites comitatus Bistriciensis, arendam fodinarum Bistriciensium sub condicionibus a rege praescriptis Johanni Ernusth de Chakthornya se soluturos esse promittunt.

4684 D-XXVII-19 Budae 20. II. 1526. Ludovicus rex, cum Martinus de Zthwbycza ei conquestus sit se a Stephano de Deeshaza eiusque uxore Anna et socru Margaretha, vidua Johannis Banffy de Bolondos, ex possessione sua vi eiectum esse, bano Francisco de Batthyan mandat, ut Martinum restituat et protegat. Cop. coaeva.

4685 D-XXVII-46 Zagrabiae 4. III. 1526. Matheus et Balthasar Swpanych de Kosztanyowcz Marco Wglessych de Kressanez portionem desertam in promontorio Koztanyowcz 11 florenis monetae Hungaricae antiquae coram capitulo Zagrabiensi vendunt. Tr. 21. VIII. 1589.

4686 D-XXVII-44 Tininii 24. III. 1526. Andreas, episcopus Tininiensis et abbas monasteri B. M. V. de Thoposka, transumit litteras dd. 24. IV. 1437., quibus fratres eiusdem monasterii Valentino de genere Crysowycz praedium Gollina donaverunt. Tr. 11. XI. 1548.

4687 DC II 5 In Adamovec 24. III. 1526. (Croat.) Myhal Antolkowych de Hertach Myklouwsso Bokowych Ladomer dicto »suum dimidium ius iubagionis« Zamazych 8 taleris coram iudice Stephano Rozowych oppignerat. Or.

4688 DV-II-56 Chersi 4. IV. 1526. Marcus Mauro, comes Chersi et Ausseri, Francisco de Zutinis petiam terreni communis in contrata Goliboch ad pastinandum 2. II. 1526. dedit; quod Candianus Bollani, comes Chersi et Ausseri confirmat. Or. cum signo not. P.

4689 D-XXVII-20 [Zagrabiae] 4. IV. 1526. Stephanus Popowchych de Mozochanye vineam suam in promonthorio Mozochanye Walentino Gwzanych de Marencz 6 florenis monetae antiquae coram capitulo Zagrabiensi vendit. Or. S. P.

4690 D-XXVII-45 [Chasmae] 18. IV. 1526. Stephanus Praschowczy ab una et Johannes ac Michael de Rawen parte ab altera quasdam possessiones coram capitulo Chasmensi vicissim permutant. Tr. 2. XII. 1526.

4691 D-XXVII-21 [Chasmae] 18. IV. 1526. Stephanus de Praschowcz possessiones Rawen, Ztharawez, Lwke, Werh, Kozmarowcz, Kwngyowcz et Kozthanyowcz 250 florenis auri Johanni et Michaeli de Rawen, hi autem ei possessionem Kosthanyowcz (com. Cris.) 70 florenis coram capitulo Chasmensi cedunt ea condicione, ut ea pars, quae prolem masculinam non habuerit, alteri omnes possessiones relinquat. Or. P.

4692 D-XXVII-22 [Chasmae] 18. IV. 1526. Stephanus de Praschowcz, vicarius temporalis et administrator proventuum episcopatus Zagrabiensis, ab una et Johannes et Michael de Rawen parte ab altera coram capitulo Chasmensi compositionem ineunt, qua ea pars, quae prolem masculinam non habuerit, possessiones suas alteri iure hereditario relinquere se obligat. Or. P.

4693 D-XXVII-23 [Chasmae] 18. IV. 1526. Par documenti sub D-XXVII-21 asservati. Or. P.

4694 D-XXII-24 [Chasmae] 18. IV. 1526. Par documenti sub D-XXVII-22 asservati. Or. P.

4695 D-XXVII-25 Crisii 19. IV. 1526. Johannes de Chemycze, Paulus Zewld de Palychna et socii, iudices nobilium comitatus Crisiensis testantur ex inquisitione rogatu Petri Bogach de Bogachewa, qui Josephum Kyzelycza de Kamarcha accusaverat, quod saepes seu clausuras in possessione exponentis Mariassowcz secuisset et distraxisset, 14. IV. 1526. facta apparere accusationem veram esse. Or.

4696 I d 12, elen. IV, p. 45 Budae 24. IV. 1526. Joannes plebanus de Zyrek nomine Joannis et Melchioris Kastellanffy de Zenthlelek Ludovicum regem a donatione, Petrum Keglevich de Busin ab impetratione castri Feyerkev (com. Cris.) coram capitulo Budensi iuridice prohibet. Regestum.

4697 D-XXVII-26 In Somabur (Samobor) 29. IV. 1526. (Germanice) Epistola cuiusdam fodinarii ad praebendarios Zagrabienses de restaurandis in Samobor fodinis. Or.

4698 D-XXVI-93 Budae 3. V. 1526. Ludovicus rex rogatu thesaurariorum Alexii Thwrczo et Pauli de Warda, episcopi Agriensis, qui Petro Keglewych, bano Jayczensi, obligati insimul 2100 florenos debent, huic castra Blynyewywar et Feyerkew cum pertinentiis, quae ipso rege consentiente e manibus Johannis Banffy de Alsolyndwa pro dictis 2100 florenis ultra summam redemptionis propriis pecuniis redemit, pignori dat. Or.

4699 D-XXVII-27 Budae 3. V. 1526. Ludovicus rex Petro Keglewych, bano Jayczensi, de se in bellis contra Turcas optime merito castrum Feyerkew cum oppido sub eodem sito, castella Jablanowcz et Imenzky, oppidum Dworystye, possessiones Bylenowcz, Blagay, Topolie, Poznetachye et Dolach, Mlaka et Loka, castra Lobor et Blynyewywar 60.000 flor. confert. Or. P. et 2 cop. vid.

4700 D-XXV-95 [Zagrabiae] 4. V. 1526. Capitulum Zagrabiense colonis suis in Iwanya-reka litteras deperditas privilegiorum dd. 20. V. 1422., denuo edit. Tr. 27. V. 1548.

4701 D-IX-86 [Zagrabiae] 4. V. 1526. Capitulum Zagrabiense privilegia colonis possessionis Iwanya-reka 18. VI. 1422. concessa confirmat, census vero 60 denariorum ita convertitur, ut »centum denarii usuales unum florenum auri Ungar. facere possint«. Tr. 27. V. 1548.

4702 D-XXVI-94 Budae 5. V. 1526. Ludovicus rex conventui cruciferorum de Alba praecipit, ut Petrum Keglewych in possessionem Blynyewywar (com. Zagrab.) et Feyerkew (com. Cris.), quae qd. Francisci Beryzlo de Grabarya fuerunt et postea Johanni Banffy de Also Lyndua oppignoratae sunt, pignoris titulo introducat. Tr. 7. VI. 1526.

4703 D-XXVII-28 Budae 22. V. 1526. Ludovicus rex ad petitionem Margarethae de Zomzedwara eiusque generis Stephani Deeshazy Francisco de Batbyan bano praecipit, ut possessionem Dwbowcz, quam Martinus de Fewlse Zthwbycza praeter legem occupatam tenet, in manus suas recipiat iudiciumque inter partes in futura congregatione dicat. Or.

4704 D-IX-82 In Kaposfe 30. V. 1526. Michael de Mere condiciones enumerat, quibus totam possessionem Petri de Konezka fratris sui in Kaposfe et Zencia in comitatu Simigiensi gubernare se velle declarat. Or.

4705 D-XXVII-29 In Dobronya 6. VI. 1526. Stephanus de Werbewez nomine suo suique patris, qui amissione bonorum et sententia capitali damnati sunt, Johannem Castellanffy de Zenthlelek rogat, ut sibi a rege gratiam imploret. Or.

4706 D-XXVI-94 [Albae] 7. VI. 1526. Conventus cruciferorum s. Johannis Hierosolimitani domus hospitalis ecclesiae b. Stephani regis de Alba testatur se a Ludovico rege 5. V. 1526. iussum Petrum Keglewych de Busyn in dominium bonorum Blynyewywar et Feyerkew 23. V. 1526. pignoris titulo nemine contradicente introduxisse. Or. P. et cop. saec. XVIII.

4707 D-XXVII-30 Crisii 21. VI. 1526. Paulus Zeld de Also-Palychna et ceteri iudices nobilium comitatus Crisiensis testantur ex inquisitione rogatu Dionysii Ozlek de Mylethyncz eiusque filii Ladislai facta apparere puellam Elizabeth, filiam Georgii Prykrayecz, iobagionis exponentis in Sabnycza-Zenth-Iwan, cum pecora orphanorum qd. Ladislai Iwanwschych pasceret, a Katherina vidua Mathei Horwath de Sabnycza-Zenth-Iwan dire verberatam esse. Or.

4708 D-XXVII-31 Budae 23. VI. 1526. Mon. Zg. III 246, nr. 198.

4709 D-XXVII-32 Budae 23. VI. 1526. Mon. Zg. III 247, nr. 199.

4710 D-XXVII-33 Budae 23. VI. 1526. Mon. Zg. III 247, nr. 200.

4711 D-XXVII-34[Chasmae] 22. VII. 1526. Franciscus de Batthyan banus coram capitulo Chasmensi a Barbara Orzagh de Gwth, uxore Johannis Ernusth de Chakthornya, 450 florenos Hung. auri puri et 550 florenos in vetere moneta Hung. mutuatur, quos usque ad 14. I. 1527. ei se reddere obligat. Or.

4712 D-XXVII-35 [Zagrabiae] 23. VII. 1526. Capitulum Zagrabiense rogatu Stephani Deeshazy de Zomzedwara litteras edit, quibus bona mobilia a iobagionibus petitoris ab una et illis Johannis Thahy ab altera parte invicem ablata et recepta reddita esse testatur. Or.

4713 D-XXVII-36 Rachiae 1. VIII. 1526. Mon. Zg. III 250, nr. 202.

4714 D-XXVII-37 Kapronczae 10. VIII. 1526. Johannes Ernusth de Chakthornya apparatu exercitus auxiliisque regi contra Turcas, quorum pars Nandoralba occupata iam Danubium transgressa est, portandis atque nuptiis Francisci filii luxuriose apparatis in necessitatem inductus 4000 flor. a Barbara Orzagh de Gwth, Georgii Dragffy de Belthewk vidua, nunc vero uxore sua, acceptis eidem castellum oppidumque Kaproncza ac castrum Strygo (com. Zalad.) concedit ea condicione, ut eadem castella post mortem suam heredibus eius relinquat, ex adverso ille, cui forte legata sint, heredibus eius 4000 flor. reddere debeat. Or.

4715 D-XXVII-38 Zagrabiae 5. IX. 1526. Johannes Parys de Adamowcz, Johannes Saronych de Koznycza et iudices nobilium comitatus Zagrabiensis testantur ex inquisitione rogatu Emerici Bradach de Ladomercz, qui Johannem de Thah, gubernatorem prioratus Auranae accusavit, quod duo fenilia iobagionum exponentis in possessione Belowar anno praeterito defalcata remittere noluisset, immo denuo defalcasset et 13 currus foeni abduxisset, 1. IX. 1526. facta apparere accusationes veras esse. Or.

4716 D-XXVII-39 In Debreczen 11. X. 1526. Johannes, comes Scepusiensis et wayvoda Transilvaniensis, Johannem Castellanffy rogat, ut Francisco Balog ad quaedam negotia delegato fidem praestet. Or.

4717 D-XXVI-95 [Albae] 25. XI. 1526. Petrus Keglewych de Bosyn statutionem Ludovici Pewkry de Rezenye, Johannis Horwath de Zedlak et aliorum in dominium bonorum castri Lobor coram conventu cruciferorum domus hospitalis ecclesiae b. Stephani regis de Alba iuridice prohibet. Or.

4718 D-XXVI-96 [Albae] 26. XI. 1526. Petrus Keglewych de Bossyn statutionem Ludovici Pewkry, Johannis Horwath de Zedlak et aliorum in dominium bonorum castri Lobor, quod eis Johannes rex donavit, coram capitulo Albensi iuridice prohibet. Or.

4719 I d 170 sub B 1526 Petrus Keglevich »urburariis« suis in »ducatu« suo Busin privilegia concedit. Regestum.

4720 I d 170 sub D 1526. Rex familiae Imrefü ius patronatus abbatiae s. Jacobi de Silisio confert. Regestum.

4721 I d 170 sub K 1526. Ludovicus rex Petro Keglevich usum metallorum, si quae in eius possessionibus Krapina, Kostel, Lobor inveniantur, concedit. Regestum.

4722 I d 170 sub T 1526. Ferdinandus imperator Stephano Blagai praecipit, ut possessiones abbatiae Thopuszka, quas violenter occupavit, restituat. Regestum.

4723 I d 170 sub Z 1526. Margaretha Henningh, vidua Banfü, bona Ztubicza et Berdovecz (com. Zagr.) Stephano Deshazy 6340 flor. pignori obligat. Regestum.